Si autem hec duo adinuicem compantur tamquã diſiuncta ita q̄ vnus peccet voluntate tm̄ Alius voluntate et opere tunc diuerſa ſunt peccata non ſolum materialiter ſed eciã formaliter Supaddit autem malicia operis ſuper maliciam voluntatis quando voluntas mala vult in opus procedere ſed non poteſt. Tunc diſtinguendum eſt Nam vnum peccatũ maiꝰ eſt altero ſiue iudicatᷣ maiꝰ triplicit̃ ſcilicet racõne maioris contemptus dei et ſic opus non addit ad iniquitatem voluntatis Aut racõne maioris delectacõis et libidinis et ſic opus aggrauat maxime quantũ ad genꝰ carnalis peccati quo peccat aliquis in ſeipſum. Aut racione maioris dampnificacõnis et ſic opus addit ad malam voluntatem maxime quantũ ad genus peccati quo q̈s peccat in proximũ. quantũ enim quis velit fornicari non tantũ delectatur in voluntate quantum in opere Et quantũcumqꝫ quis velit occidere nõ tantũ nocet volendo. quantũ actualiter occidendo.

## De ſeptem viciis capitalibus in generali. xv.

SEquitᷣ videre de diuiſione peccati in ſeptem vicia capitalia q̄ ſunt Supbia. inuidia. ira Accidia Auaricia Gula. luxuria. In gñali attendenda ſunt tria. ſcꝫ diuerſa numeratio. cõnexiua ordinatio ⁊ ſufficiencie aſſignatio. A gregorio et aliis doctoribus ſic numerantur et nominantur.

Superbia Inuidia Ira Accidia Auaricia Gula luxuria. Ab Yſidoro Caſtrimergia. Fornicacio Philargia Triſticia Accidia Cenodoxia Supbia Itē Supbiam Cenodoxiam ſiue vanam gloriam diſtinxit Yſidorus. ſed Gregorius cōiunxit quia idem ſunt in re racōne tantū differētes. Supbia enī dicitur quando aliquis ſibi magnus apparet intus in animo. Vana gloria eſt. quando aliquis magnus nititur apparere p laudē in facie aliorū. Similiter Yſidorus diſtinxit accidiā et triſticiā. q̄s Gregorius cōiunxit. qr idem ſunt in re. drūt tū rōne Idem enī motus eſt in accidia et triſticia. differens rōne terminorū. Nam ſcd̄m receſſum et auſionē ab arduo graui dr̄ triſticia. Scd̄m acceſſū vero et cōuerſionē ad leue dicitur accidia vt qr iſti graue eſt ſurgere ad matutinas triſtis auertit ſe. qr vero leue eſt ei quieſcē accidioſus cōuertit ſe. Ordinant autē vicia capitalia ſcd̄m cōnexionē q̄ fit vt vnū ex altero pferat᷑ Nam ſupbus nō vult ſubeſſe maioribus. vult pferri eq̄libus. vult cōculcare minores Et ſi nō poteſt īuidet maioribꝰ qr pricipāt᷑ eq̄libus. qr pſperant᷑. minoribus qr exaltant᷑ Et cū ſic nichil pficiat cōcipit irā de facili ad maiores. eq̄les et minores. deinde incidit ī accidiā q̄ mētis trāq̄llitas pturbat᷑ Et cū interiorē cōſolacōꝫ amiſerit ad exteriorē p auariciā ſe cōuertit et ſic fcūs opulentus īmoderate p ingluuiē paſcit ventrem.

Et poſtremo ad luxuriam reſoluit carnem a ſummo racõnis vertice vſq3 ad carnis infimum deprauatus. Sic patet ꝙ quinq3 prima ſunt ſpũalia. duo vltima carnalia. Item accipitur ſufficiencia ſeptem capitalium viciorum penes ꝓnitatem ad apparens bonum. hec autẽ pronitas ſi eſt reſpectu boni qđ reſpicit ſpiritum ſcd̃m ſe poteſt eſſe quadruplex ſcd̃m quatuor conditiones boni ad quas appetitus hominis inclinatur. Appetit enim quis bonum ſub racõne dignitatis et ſic eſt ſuperbia Aut ſub racõne ꝓprietatis et ſic eſt inuidia. Aut ſub racõne ſecuritatis et ſic eſt ira. Aut ſub racõne quietis et tranquillitatis et ſic eſt accidia. Si vero ſit bonitas reſpectu boni qđ reſpicit carnem ſic tripliciter poteſt eſſe. Nam ſpiritus carnalis bonum appetit ſub racõne ſufficientis et ſic eſt Auaricia. Aut ſub racõne demulcentis et ſic eſt luxuria. Aut ſub racõne reficientis et ſic eſt Gula Et ſic patet earũdem ſufficiencia.

¶ De differencia inter capitale vicium inicium peccati et radicem malorum. decimũſextũ.

Attendenda eſt differencia inter capitale vicium. peccati inicium et radicem malorum Capitale dicitur. quia ſicut caput eſt principale membrum et completum et aliorum membrorum principium quantum ad motum et ad ſenſum.

ſic vicium capitale nominat peccatum cōpletum
vnde alia oriunt᷑. Iniciū vero peccati noīat illud
a quo actus inchoatur. Radix autē dicitur illud a
quo nutrimentū trahitur et fomentū. Unde cum
peccatū fomentū trahat ex ꝑte appetibilis et dicat
receſſum a deo. hinc eſt ꝙ iniciū peccati attendit᷑
ex ꝑte auerſionis: radix vero ex ꝑte cōuerſionis.
Et ſic auerſio eſt rōne cōtemptus: Conūſio vero
eſt rōne cupiditatis et libidinis Et ideo ſuꝑbia dr̄
Iniciū oīm peccatorū: Cupiditas vero radix om
nium malorū. Dicit᷑ autē iniciū peccati tripliciť
aut ꝓut dicit receſſum liberi arbitrij a lege maieſ
tatis et ſic ſuꝑbia ſiue cōtemptus dicitur inicium
peccati. quia qui preceptum tranſgreditur a ſuꝑ/
bia incipit et contemptu Aut a lege veritatis et ſic
error dicitur inicium peccati Nā dicit Sapiens.
Omnis ignorās: malus vel omnis malus: igno
rans Et vere ab ignorancia incipit et errore quia
eterna deſcrit pro terrenis Aut a lege bonitatis.
et ſic inſipiencia dicitur inicium peccati. Unde
Criſoſtimus ſuper illud Pſal. A facie inſipiencie
mee dicit. ꝙ omnis peccati inicium: eſt inſipiēcia
Inſipiencia enim contraria ſapiencie in qua diui
na bonitas preguſtatur. Merito igitur ab inſipi/
ditate dicitur inchoare qui pocius in malicia pec/
cati ꝙ̄ in ſuauitate dei elegit delectari. Radix eciā
peccati ſiue mali que circa peccatū dicit libidinis

pronitatē tripliciter poteſt ſumi·ſcʒ gn̄aliſſime vt cū dicit̄ libido ſiue cupiditas eſt radix oīm malorū Gn̄aliter vt cū dicit̄ ꝙ duplex eſt radix malorum ſcʒ amor male attendēs et timor male humilians ſiue deiciēs· Amor eſt reſpectu boni·timor reſpcū mali· Minus gn̄aliter vt cū dicit̄ triplex eſt radix peccati·ſcilicet concupiſcencia carnis concupiſcencia oculorum ſuperbia vite· Patet igit̄ quomodo accipitur vicium capitale· Et ꝙ iniciū aliquando dicitur de ſuperbia· Aliquādo de errore·aliquādo de inſipiencia· Patet eciam ꝙ aliquando dicitur vna radix·aliquando due·aliquando tres·

## ¶ De ſuꝑbia ·xvij·

In ſpeciali p̄mo circa ſuꝑbiā tria attendēda ſunt·ſcilicet diffinicio·differencie·gradus· Suꝑbia autē a Bernardo ſic diffinit̄· Superbia eſt ꝓprie excellencie appetitus·ab Auguſtino libro de innocentia ſic Suꝑbia eſt amor ꝓprie excellencie Et in de ciuitate dei· Suꝑbia eſt ꝑuerſe celſitudinis appetitus· Superbia ſcd̄m Gregg q̄tuor habet differēcias· Prima ē qn̄ attribuit ſibi bonū qd̄ nō habet· Scd̄a eſt qn̄ etſi non ſibi·tamen ſuis meritis· Tercio qn̄ iactat ſe habere qd̄ non habet· Quarta quando exiſtimat ſe alijs preualere Anſelmus libro de ſimilitudinibus·quatuor ſunt ex/

altacõnis ſpecies. Quedã eſt in opinione Quedã
in voluntate Quedã in ſermone Quedam in ope.
Exaltacio in opinione eſt cum aliquis reputat ſe
dignum epiſcopatu vel huiuſmõi tamẽ nollet hrẽ.
Exaltacio in voluntate eſt cũ aliquis vellet habere
epiſcopatum tamen non repugnat ſe dignum nec
opinatur Exaltacio in ſermone eſt quando nec ſe
dignum reputat nec vellet habere tamen loquitur
amploſa de aliqua ſciencia vt magis aꝑpareat.
Exaltacio in opere eſt quando nec dignum repu/
tat nec vellet habere nec magna loquitur tamen
exaltatur in opere vt quando vocatur ad conſilia
et huiuſmodi. Gradus ſuperbie ſcđm Bernardũ
duodecim ſunt. ſcilicet Curioſitas. leuitas mẽtis
Inepta leticia Iactancia Singularitas Arrogã
tia. Preſumptio. Defenſio peccatorum. ſimulata
confeſſio. Rebellio. libertas peccandi. conſuetudo.
Hijs gradibus quaſi quibuſdam paſſibus ſuper/
bus ad finem ad quem intendit ꝑuenit. Eſt enim
curioſitas. qñ ſuꝑbus diligenter inq̄rit rumores.
ſcʒ vt quid de ipſo dicat᷑. leuitas mentis eſt qñ im
mutatur leuiter ad delectacõnem in verbis laudis
In triſticiã ex verbis improperij. Inepta leticia
qñ letatur de defectibus et criminibus aliorum.
Iactancia eſt qñ narrat ea q̄ habet vt laudetur.
Singularitas eſt qñ preter cõſuetudinem aliqua
ſingulariter oꝑatur vt ſolus laudetur et aꝑpareas

Arrogantia eſt qn̄ iactat ſe habere qđ non habet.
Preſumptio eſt qn̄ ingerit ſe ad faciendum qđ ad
ipſum non ꝑtinet. Defenſio peccati eſt qn̄ peccatū
ſuum et errorem excuſat apte. Simulata cōfeſſio
eſt qn̄ peccatum ſuum excuſat occulte. Rebellio eſt
qn̄ diſſidet ſuperioribus. inferioribꝰ et paribus.
ſuꝑioribus obuiat. inferiores opprimit. pares ꝑ/
turbat et moleſtat ⁊c̃. libertas peccandi ſuccedit.
quia nec deum timet nec hoīem reueret᷑. Conſue/
tus ad mala et decidens in ꝓfundum peccatorū.

## De gloria inani. xviij.

Est enim vana gloria idem cum ſuperbia ſe
cūdum eſſe. differens racōne ſolum. Circa
quā quatuor videnda ſunt. ſcilicet diffinitio. oppo
ſitio. differentie. filie. Diffinitur ſic Inanis glo/
ria Eſt amor laudis ꝓprie ꝓpter excellenciam ap
parentem. Inanis gloria ad humilitatem habet
oppoſitionem. Humilitas autem quatuor habet
actus et ſic quatuor habet oppoſitiones. Primus
actus eſt velle ſubici et ſic opponit᷑ ſuperbie large
ſumpte. Secundus eſt de ſe parua ſentire. Unde
Auguſtinꝰ dicit ꝙ humilitas eſt ſenſus ꝓprie ꝑui
tatis. et ſic opponit᷑ tumori vel elacōni. Tercius
eſt velle ſubeſſe omnibus. ſcilicet ſuꝑiori inferiori
et pari et ſic opponitur ſuperbie ſtricte ſumpte

que eſt amor proprie excellencie . Quartuꝫ eſt de ſe velle parua dici . et ſic opponitur inani glorie . Habet autem inanis gloria duas differencias for males . videlicet appetitum fauoris . et appetitum laudis . Fauor eſt excellencia alicuius in corde . Laus eſt excellencia alicuius in ore . Habet enim tres differencias materiales . que ponuntur Iheremie . ix . Non glorietur ſapiens in ſapiencia ſua nec fortis in fortitudine ſua . nec diues in diuicijs ſuis . ſed in hoc glorietur ſcire et noſce me : dicit dominus . Cum enim gloria ſit propria beatitudinis trinitatis non enim eſt igitur gloriandum ī ſapiencia que attribuitur filio . nec in fortitudine q̄ patri . nec in diuicijs temporalibus vel ſpiritualibus que ſpiritui ſancto . Inanis autem glorie ſeptem ſunt filie ſecundum Gregorium . ſcilicet inobediencia . iactancia . ypocriſis . incontinencia . pertinacia . preſumpcō nouitatum . diſcordia . Eſt enim in primis prima eius filia Inobediencia volūtas fugiens minoracionem poteſtatis nolens ſubiacere ſuperiori in debitis . Iactācia eſt voluntas ꝓpter apparentem propriam poteſtatem ſe oſtentās Ypocriſis eſt voluntas per ſpeciem ſanctum ſe ſimilans fallaciter in aperto et viliter agens in occulto ſiue in intencione ſiue in opere . Incontinēcia eſt voluntas per conformacionem ſui ab illis q̄ mali ſunt laudari appetens . Pertinacia ē volūtas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fugiens minoracionem probitatis dicta vel facta
ſua irreuocabiliter defendens. Diſcordia eſt volū/
tas fugiens minoracionem ſapiencie ab hÿs que
ab aliÿs dicuntur diſſenciēs. Nouitatum preſum/
cio eſt voluntas excedens qualitatem ſui ordinis.
propter apparentē nouitatem ſciencie vel ſapiēcie
oſtentari cupiens. Yſidorus vero diſtinguens in
ter ſuperbiam et inanem gloriam propter racōis
differenciā dicit. ꝙ de ſuperbia. cōtemptus. inui/
dia. et inobediencia. blaſphemia. murmuracio. de
tractio. et plura alia oriuntur. De inani vero glo
ria ſcd̄m eundem contencōnes. hereſes. iactancia.
et p̄ſumpcō nouitatū naſcuntur.

## De inuidia. xix.

Videndum eſt de inuidia quo ad quinqꝫ. ſci/
licet quo ad diuerſam eius nominacionem.
diffinicōnem. oppoſicionem. differencias et filias
Dicitur enim inuidia aliquando nomine ire. Ge
neſis. iiij. Quare iraſceris. id eſt liuore torqueris.
Aliquando nomine odÿ. Geneſis. xxxvÿ. Oderāt
eum fratres. id eſt inuidebant. Aliquando nomi/
ne emulacionis. i. Regum ſecundo. Affligebat eū
emula eius. Emulacio autem habet quatuor ſigni
ficaciones. quia ponitur pro inflari. pro amare.
pro inuidere. pro imitari. Aliquando dicitur no

mine proprio inuidia. et ſic dicit Damaſc. quod quatu/
or ſūt ſpēs triſticie. ſcʒ accidia q̄ eſt triſticia aggra
uans. achos que eſt triſticia vocē auferens. miſeri
cordia que eſt triſticia de alieno malo. inuidia que
eſt triſticia de alieno bono. Diffinitur autem ſic ī
uidia ab Augꝰ. Inuidia eſt inquit odium felicita
tis aliene. Remigius autem ſic. Inuidia eſt dolor
de alieno bono. A phō ſic. Inuidia eſt triſticia in
apparente felicitate alicuius iniciū. Item aliter.
Inuidia eſt diſſencio ab alieno bono extimato di/
minuere propriū. Differencie autem inuidie ma/
terialiter aſſignate ſcd̄m Auguſtinū ſunt tres. ſcʒ
inuidere ſuperioribus paribus et inferioribꝫ In
uidet enim ſuperioribus. quia eis non equatur.
paribus quia in melius proſperantur. inferiori/
bus ne ei equentur. Opponitur autem timor do/
mini ſuperbie racione humilitatis quem generat
et pietas inuidie racione caritatis ex qua genera
tur. Prima enim et potiſſima filia caritatis ē pi/
etas. que ad omnia valet. Filie inuidie ſecundū
Gregoriū ſunt odium. ſuſurracio. detractio. exul
tacio in aduerſis proximi et afflictio in proſperis
Odium eſt voluntas affectans proximo malum.
vt careat contriſtante bono. Suſurracio eſt volun
tas loquendo ſeminans diſcordias inter fratres.
vt perſequatur ꝓximū ipſius bonū cōtriſtās De
tractio ē volūtas famā ꝓximorū ꝑ v̄ba denigrās

vt deſtruatur in aliorum opinione contriſtans bo/
num. Exultacio in aduerſis proximorum eſt vo/
luntas in procurancium aduerſitate proximi de/
lectans. Afflictio in bonis proximi eſt voluntas
procurans malum ſuo deſiderio. p eventum pro
ſperitatis cōtrarie defraudata.

De ira ſectio viceſima.

Sequitur de ira videre quantum ad quatu/
or. ſcilicet quantum ad diffinicōnem. oppo
ſicōnem. differencias. et filias Diffinitur enim a
Caſſiodoro ſic. Ira eſt animi motus cōcitatus ad
penam prouocans inferendam. A Rabano autem
ſic. Ira eſt omnis malus motus ad nocēdum. Ab
Auguſtino ſic. Ira eſt feruor eius qui circa cor eſt
ſanguīs. ex euaporacōne fellis vel eius turbacōne
fiens. Item ab eodem. Ira eſt deſiderium repuni
cōnis. Habet autem ira oppoſicōnem ad man/
ſuetudinem racōne ſui inicij. quia manſuetus eci/
am nunq̄ inſipient vult iraſci. Item ad irā p ze/
lum racōne materie Sunt enim circa eandem ma
teriam. et ira per vicium et ira per zelum. ſcilicet
circa pſonam quam vtraq̄ vult puniri. Sed ira
per vicium vult q̄ perſona puniatur. vt ſic ſacie/
tur vindicta perſone Ira vero per zelum vult pu
nicōnem perſone vt vicium deſtruatur. Ad paciē
ciam vero habet oppoſicōem racōne finis. quia pa
ciencia extinguit irā ne procedat. Nam q̄ paciens

eſt iras mitigat ſuſcitatas Species ire ſiue dif
ferencie ſunt tres ſecundum Damaſcenum. ſcilicȝ
fel. mania. catus. Fel ſiue fellea paſſio dicit᷑ ſub
itūs animi motus impaciens leſionis. Et accidit
ex parte corporis ex commocōne fellis. et ex parte
anime ex correpcōne vis iraſcibilis et tunc moue
tur fel ad vīdictam vt expellatur triſticia de qua
dicit Auguſtinus. Ira eſt commocō paſſionis illi
cite. Hec ira cito trāſit. Mania dicitur ira manēs
et memorie tradita. Catus eſt ira obſeruans tem
pus ad vindictam. Filie ire ſecundum Gre/
gorium ſunt rixa. tumor mentis. cōtumelia. cla/
mor. indignacō. blaſphemia Rixa eſt audax vindi
candi voluntas iniuriā facti proſequens. Tumor
mentis eſt voluntas vindicandi fugientem aduer/
ſantem propter eſtimatas inimicitias. Contume
lia eſt voluntas ſe vindicans in exaltādo vocem ꝑ
vituperium ad aliorum aurem ꝑueniens. Indig
nacio eſt voluntas ſe vindicans per ſignum mole/
ſtie exterius declaratum. Blaſphemia eſt volūtas
ſe vindicans per opprobrium ſanctis vel deo illa/
tum. Secundum autem Yſidorum ſunt tres filie
ire. ſcilicet homicidium. clamor. et īdignacio. que
ſic diſtinguntur Nam homicidium fit per manū.
clamor per os. indignacio per ſignum.

## De accidia ſectio viceſimaprima.

SEquitur videre de accidia quantū ad tria. ſcꝫ quantum ad diffinicionem. oppoſicionē et filias. Diffinitur autem ſic ab Auguſtino. Accidia eſt tedium interni boni. A Kirchado. Acci/ dia eſt torpor aī bonum inchoare negligentis. A Damaſceno. Accidia eſt triſticia aggrauās A ma giſtris autem ſic. Accidia eſt diffidencia de prop̄/ ijs viribus et dei auxilio implendi ardua ſiue mā/ data. Opponitur autem accidia inq̄tum eſt diffi/ dencia implendi mandata ꝛ virtuti ſpei cuius eſt cōfidencia ſiue confidere. Inq̄tum vero eſt tediuꝫ interni boni ex quo generatur puſillanimitas: op ponitur virtuti fortitudinis. Inq̄tum vero repu tat difficile id quod eſt facile opponitur virtuti ca/ ritatis que omnia eciā difficilia facit facilia repu tari. Quātum vero ad ſuam eſſenciam que eſt tri ſticia opponit̄ gaudio ſpūs. Accidie ſex ſunt filie ſecundum beatum Gregorium. que ſunt malicia. rancor. puſillanimitas. deſperacō. torpor circa p̄/ terita. vagacō mentis. Malicia eſt voluntas gra/ uedinis impaciens machinans malum ſiue nocu/ mentū illi quem iudicat inferentem. Rancor eſt voluntas ex impotencia repellende grauedinis a marificata amaritudinem intus incluſam per ſig num exterius manifeſtans. Puſillanimitas vero eſt voluntas immoderate metuens grauedinem ī aggreſſu agendorum ſiue de proprijs viribus im

moderate diffidens. Deſperacio aūt eſt voluntas grauedinē reꝑmens de adiutorio ad ꝑficiēda agēda diffidens ſiue de remuneracōe dīna ꝓpter ſuſtinenciam grauedinis que eſt in implendum preceptis diffidens. Torpor vero eſt voluntas grauidinis impaciens tepida vel pigra ad explecionem agendorum inchoatorum. Vagacio mentis circa illicita eſt voluntas interno gaudio deſtituta in rebus exterioribus illicitis conſolacōnem q̄rens aut quietem. Sc̄dm Pſ. alie ſunt filie accidie. alie triſticie. Ipſe enim vocat triſticiā volūtatē īꝑtū ſe a graui debito auertit. Sic igitur de triſticia exeunt rancor. puſillanimitas. amaritudo deſperacō. De accidia autem oriuntur ocioſitas. ſomnolencia. importunitas. inquietudo mentis. corporis inſtabilitas. verboſitas. curioſitas.

## De auaricia. xxij.

DE auaricia ſunt videnda quinqꝫ. ſcilicet q̄ntum ad diffinicōnem. comparacōnem. oppoſicōnem. differencias et filias. Auguſtinus autem ſuper Gene. ad litteram ſic diffinit auariciā Auaricia eſt appetitus non ſolum pecunie. ſed et altitudinis et ſciencie. Idem de ciuitate dei Auaricia eſt libido habendi. Comparatur autem auaricia ydolatrie. Unde ſepe dicitur ydolorum ſeruitus in ſacra ſcriptura Racō talis eſt quia cultor

dei ad deum tripliciter comparatur. ſcilicet diligē do. honorando . cōfidendo. que tria in auaro reſpe ctu pecunie inueniuntur. propter quod auaricia non immerito ſeruitus ydolorum dicitur. Eſt au tem duplex actus auaricie ſcilicet diligere pecuni am. et retinere ſiue non dare. Racōne primi actus auaricia opponitur caritati. que bonum diligit in cōmutabile Racōne ſecundi: opponitur largitati ſi ue liberalitati. que dat danda et retinet retinēda. Cuius duplex eſt extremitas vicōſa. ſcilicet pro digalitas. que dat non danda. et auaricia que reti net nō retenenda. Uargitas ſiue libeālitas quod i dem eſt tamen racōne actuum differens erit medi etas. ſi autem ordinetur oppoſicō ſecundum actū dandi. prodigalitas eſt ſuperfluitas que dat non danda. et auaricia eſt diminucō ſiue defectus que nil dat. largitas vero eſt medietas. Si vero ſecun dum actum retinendi. auaricia eſt ſuperfluitas q̄ retinet retinenda et dat n̄ retinenda Prodigalitas eſt diminucō que nichil retinet. largitas ſiue libeā litas eſt medietas ¶ Differencie auaācie ſunt. be neficij ſubtractio. furtum. rapina. vſura. ſimonia Subtractio beneficij. eſt auaricia retinens benefi cium quod tenetur dare tempoē neceſſitatis. vt di ues tenetur indigenti . Furtum eſt auaricia reti nens rem alienam inuito domino Rapina eſt aua ricia per vim occupans rem alienam Uſura eſt a

uaricia acquirens per mutuum aliqđ preter ſor/
tem. Simonia eſt auaricia ſtudioſe appetens ven
dere vel emere ſpirituale vel annexum ſpirituali.

¶ Filie autem auaricie ſecundum Gregorium ſunt ſeptem. videlicet Fraus. prodicio. fallacia. ꝑ/iuriū. inquietudo mentis. violencia. cōtra miſericordiam obduracō. Prodicō eſt volūtas per decepcōnem domeſticorū acquirendis inhians. Fraus eſt voluntas profectum proximi decipiens aut īpediens propter terrenum emolimentum. Fal/lacia eſt voluntas decipiēs proximum cauſa lucri Periurium eſt voluntas violans ſacramentū aut iuramentum Inquietudo mentis eſt voluntas cogitare non ceſſans qualiter poſſit diuicias cōgre/gare Violencia eſt voluntas per vim aliorm bona rapiens. Obduracō mentis cōtra miſericordiam eſt volūtas cōcitata ſeu commota aduerſus poſtu/lacōnem indigentis ex nimio ardore pecunie retinende. Secundum autem Yſidorum nouem ſunt filie auaricie. mendacium. Fraus. Furtum. turpis lucri appetitus. falſa teſtimonia. violencia. inhu/manitas. rapacitas.

## ¶ De gula ſectio viceſimatercia.

DE gula videre ſunt quatuor. ſcilicet quan/tum ad diffinicionem. oppoſicōnem. differē/cias et filias. Diffinitur autem quantum ad ex/ceſſum in cibo ſic Gula eſt īmoderatus amor edēdi

Quantum vero ad exceſſum in potu dicitur ebri/
etas. quã diffiniens Seneca dicit Nichil aliud dif
finio ebrietatez eſſe ꝙ voluntariã inſaniam Quã
tum vero ad exceſſum vtriuſqȝ poteſt ſic diffiniri
Gula eſt amor immoderatus delectacionis eius
que eſt ſecundum guſtum. ſecundum hoc gula po/
teſt ſumi ſtricte pro immoderancia ĩ cibo et potu
pariter. et ſic opponitur ei ſobrietas que modum
ſeruat in vtroqȝ. Differencie ſiue condiciones gu/
le ſcđm Yſidorum ſunt quatuor. ſcilicet quid. q̄n/
do. quantum. quomodo. Quid ad ipſam rem per
tinet. Quando ſi ante legittimum tempus appe/
tat. Quantum ad immoderanciam refertur Quo
modo ſi nimis ardenter appetat. Secũdum vero
Gregoriũ ſunt quinqȝ differencie. ſcilicet ꝑprope
re ſcȝ per cibi ſumpcõnem ante tempus. Laute qđ
pertinet ad cibi ſubſtanciam. cũ ſcilicet ex ſe preci
oſius et delicatus. Nimis reſpicit cibi quantitatẽ
Ardenter reſpicit affectum. Studioſe ſe tenet ex
parte cognitiue. due iſte vltime poſſunt contineri
ſub quomodo. Quinqȝ autem ſunt filie ſecundum
Gregorium. ſcilicet inepta leticia. ſcurrilitas. im
mundicia. multiloquiũ. ebetudo mentis. Inepta
leticia eſt voluntas per exteriores luſus excitans
libidinem in guſtu. et ex ipſa poſtmodũ excitata.
Scurrilitas eſt voluntas per verba carnalia guſ/
tus libidinem commouens et ex ipſa poſtmodum

commota. Immundicia vero eſt voluntas per ni/
miam cibi ſumpcionam libidinem in guſtu conti/
nuare deſiderans. Multiloquium vero eſt volun/
tas per multiplicacionem verborum intendens ī
guſtu conſeruare libidinem. Ebetudo vero men/
tis eſt voluntas libidinis proprie conſeruande ab
ſorta intelligere. ſpiritualia faſtidiens. Yſidorus
autem ponit duas eſſe filias gule. ſcilicet commeſ/
ſacionem que eſt in cibo. et ebrietatem que eſt in
potu.

## De luxuria. xxiiij.

Quinqȝ ſunt videnda de luxuria. ſcilicet diſ/
finicio. oppoſicio. temptacio. diſtinctio. et e
ius filiacio. Sic igitur diffinitur luxuria. Luxu
ria eſt libidinoſus voluptatis appetitus. Item ē
concupiſcencia experiende voluptatis. Item eſt
inordinatus ſiue immoderatus amor illius delec/
tacionis que eſt ſecundum carnem vel coitum.
Opponitur autem continencie. Cuius eſt triplex
differencia. Eſt enim continencia coniugalis. cō/
tinencia vidualis. et continēcia virginalis.
Quintuplex eſt temptacio luxurie. Unde verſus
Viſus. alloquium. contactus. et oſcula. factum.
Primo enim inchoatur in viſu exteriori. ſiue in/
teriori. vt in cogitacione. venitur poſtea ad allo/
quium. tranſitur ad tactum. prorumpitur dein/
de ad oſculum. tandem conſummatur peccatum.

Differencie luxurie ſunt. fornicacō. adulte/
rium. ſtuprum. ſacrilegium. inceſtus. et peccatū
contra naturam. Fornicacō eſt luxuria qua ſolu/
tus cognoſcit ſolutam naturali vſu. Et intelligū/
tur ſolutus et ſoluta. a vinculo cōiugij et cōſangui
nitatis. affinitatis. ordinis. r̄ligionis vel voti cō
tinencie. Adulterium eſt luxuria qua coniugalis
thorus violatur. Stuprum eſt luxuria qua vir/
ginalis incorrupcō defloratur. Sacrilegium hic
vocatur ſacre perſone leſio per vicium luxurie. et
melius dicetur luxuria ſacrilega. Hec eſt luxuria
qua votum cōtinencie defloratur. ꝛ hoc vel in ſe ł
in ſacris ordinibus cōſtitutꝰ. vel religioſus aliq̄s
fornicatur cum aliqua ſoluta. vel ipſa ſoluta cum
aliquo religioſo vel cōſecrato ſacerdote. Inceſtus ē
coitus cōtra conſanguinitatem vel affinitatem ł
compaternitatem commiſſus Peccatum cōtra na/
turam eſt luxuria qua natuālis vſus coeundi ma
ris et femine violatur. Filie autem luxuri/
e ſecundum Gregorium ſunt octo. ſcilicet. cecitas
mentis. incōſideracō. inconſtancia. precipitacio.
amor ſui. odium dei. affectus preſentis ſeculi. hor
ror aut deſperacio futuri. Cecitas eſt volūtas fa/
ſtidiens et deſipiens ſuperiora et ſpiritualia. In
conſideracio eſt voluntas preuidere rennuens agē
da inferiora. Inconſtancia eſt volūtas libidine car
nis confracta ſtatum ſuum ſeruare non valens.

Precipitacio eſt voluntas ad aggrediendà quelibꝫ impetuoſa Amor ſui eſt volũtas affectione carnis imbuta. ſibi pꝑter ſe ſuper omnia adherẽs Odiũ dei eſt voluntas deum tamq̃ impedimentũ pꝓprie volũtatis vel carnalis voluptatis deteſtans Affectus p̃ñtis ſeculi eſt voluntas penes ſeculum ſemꝑ manere deſiderans. pꝑter fruitionem voluptatis carnalis. Deſperatio futuri ſeculi eſt voluntas voluptate preſenti cecata. de eterna iocũditate deſperans. Nõ ꝙ ſcd͞m Yſidorum quatuor ſunt filie luxurie vel fornicatõnis ſcꝫ Turpiloquia Scurrilia. ludicra. Stultiloquia. Sapiencie in ſermone opponitur ſtulticia. Bonitati in ſermone opponũtur alia tria Nam cum triplex ſit bonitas ſcilicet. Vtilis Delectabil' Honeſta. Sermoni vtili opponunt' ludicra Sermoni delectabili licito ꝛ opponũtur ſcurrilia Sermoni honeſto ꝛ turpiloquia.

## De peccato ex infirmitate. ignorãtia. induſtria. xxv.

SEquitur de diuiſione trimembri peccati. q̃ dicit' peccatum Aliud ex infirmitate Aliud ex ignorantia Aliud ex induſtria Alĳs tamẽ verbis in euangelio hec diuiſio ponitur. Eſt enĩ peccatũ Aliud in patrẽ Aliud in filiũ Aliud in ſpiritũ ſanctum. In patrem cui attribuitur potencia Peccans dicitur peccare ex infirmitate. In filiũ cui ſapiencia ꝛ Peccans ex ignorãtia. In ſpm̃ ſcm̃

cui bonitas ꝰ q̄ ex malicia peccant ſiue ex certa in
duſtria. Primo igitur videndū de peccato ex īfir/
mitate commiſſo quod eſt auerſio voluntatis ma/
le accenſe ab infirma creatura a deo omnipotēte.
Huius peccati ſunt drē effectiue. ſcil; timor male
humilians. et amor male accendens. Triplex au
tem diſtinguitur amor. ſcꝫ gratuitꝰ. libidinoſus.
nālis. Gratuitꝰ habet finem principalem verum
bonum. ſcꝫ incōmutabilem deum. Libidinoſus ha
bet finem voluptatem ſiue delectacionem in crea/
tura Natuālis habet finē neceſſitatē ſiue vtilitatē
propām. Primus amor eſt laudabilis qꝛ virtus.
Scd̄us vituꝑabilis quia peccatū. Tercius neu/
tralis nec ſic nec ſic ſed naturalis. Silr̄ diſtinguitꝰ
triplex timor ſcꝫ nālis qui eſt paſſio et primꝰ mo
tus qui in teſtimoniū vere hūilitatis fuit in xp̄o
Gratuitꝰ qui multiplicatꝰ in ſeruilem. inicialem.
et filialem. de q̄bus agitur vbi de donis. Libidino
ſus qui diuiditur in huānum quo quis eligit pec/
care ne ledatꝰ in paſſione. Timore libidino ſo hō
male humiliatur. Gratuito bene ꝰ Naturali nec
laudatur nec vituperatur. Item amore libidino/
homo male accenditur. Amore gratuito bene ꝰ A
more naturali indifferenter. Peccatum ex ignorā
cia eſt auerſio. voluntaris ignorātis et ꝑpetrātis
quod malū ē ab omniſciente deo Nō tamen ꝙ ali/
ud eſt peccatū ignorancie. aliud pcc̄m ex ignorācia

Pccm̄ ignorancie eſt omiſſio iuris vel facti. Sed
peccatum ex ignorancia eſt qd̄ ex ignorancia com/
mittitur. Eſt autem ignorancia iuris vel facti. ig
norancia facti eſt duplex aut adhibita debita dili/
gencia. et hec excuſat a toto. Aut nō adhibita dili
gencia. et hec excuſat a tāto et non a toto. Ignorā
cia aūt iuris quedam eſt vincibilis. quedam ē cul
pa. Hec aūt aut eſt ex vero conſenſu vt ignorācia
affectata. et ſic iſta ex vna parte excuſat quod ex
alia magis aggrauat. Aut eſt ex negligencia z ig
nauia ſicut eſt ignorancia craſſa et ſupina. Et
iſta etſi aliquo modo excuſet. non tamen ſic om/
nino excuſat quin cum igne eterno ſempiternalr̄
ardeat ſicut dicit Auguſtinus Si autem ignorā/
cia inuincibilis poteſt eſſe dupliciter. Aut enim
eſt in nobis introducta per precedentez culpam.
aut preter omnem culpā. Aut ſimplr̄ priuat cog/
nicionem iuris. ſicut in īfantibus et furioſis carē
tibus vſu racionis. et ſicut excuſat ex toto. Unde
Verū. ꝙ puulis dormientibꝫ nichil quod faciūt
imputatur. Aut non tollit omnino vſum rōnis.
ſed ſemiplene et tunc non excuſat atoto ſed a tāto.
ſicut in hijs qui non ſunt plene furioſi. ſed habēt
quandoqꝫ lucida interualla. et in pueris qui ali/
quo modo ſunt capaces precepti licet non plene.
Si aūt ignorancia eſt ītroducta ꝑ preābulam cul
pā. ſic̄ in ebrio z furioſo. quorū vtqꝫ ſe p̄cipitauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in hoc ꝑ culpam ſuam nō excuſat a toto ſed a tāto
ideo dicit Philoſophus. ꝙ ebrius duplices habebit
maledictiones Vnam ꝓ culpa precedenti et. aliā
ꝓ ſubſequenti Non eſt tamen ꝓprie loquendo dicē
dum. ꝙ aliquid noui ꝑpetrat ebrius in culpa. ſed
qđ ex ſequenti culpa aggrauatur prima vt videt᷑
magis ꝑitis. quāuis aliqui dixerint preter culpā
in ebrietate primo cōmiſſam ſcđo cōmitti nouam
Peccatum ex induſtria ſiue in ſpiritum ſanctum
eſt auerſio voluntatis malignantis a ſumme cle/
mente deo. Sunt autem hic ſex differencie ſcilicȝ
deſperatio miſericordie. preſumptio de eadem Im
pugnatio veritatis agnite Inuidēcia fraterne gra
cie Obſtinatio mentis Impenitencia finalis.
Quorum ſufficientia ſic habetur Iſtud peccatum
nempe impugnat graciam penitencialem per
quā fit remiſſio peccati a deo inter eccleſiaſticam
vnitatem. poteſt igitur impugnare penitenciam
in ſe et ſic ſunt due ſpecies. quia penitencia facit
reſilire a cōmiſſis Cōtra qđ eſt obſtinatio mētis.
facit eciam precauere a cōmittendis. contra qđ eſt
finalis impenitencia et ꝓpoſitum finaliter nunq̄
penitendi. Si vero impugnat graciā penitencia/
lem in compacōne ad deum a quo datur. ſic eſt du
plex ſpecies Nam vniuerſe vie dm̄i miſericordia et
veritas ſiue iuſticia. Miſericordiā impugnat de/
ſperatio Iuſticiā preſumptio. Si autē impugnat

graciam penitencialem comparacōne ad vnitatez
eccleſie in qua recipitur: ſic eſt duplex peccatum.
Nam vnitas eccleſie conſiſtit maxime. ſcilicet in fi
de ſiue veritate. contra quam eſt impugnacō veri/
tatis agnite. et in gracia ſiue caritate. contra quā
eſt inuidencia fraterne gracie.

## De ydolatria et hereſi.

Sequitur videre de diuiſione peccati. que eſt
Peccatū aliud in deum. aliud in proximum
aliud in ſeipſum. Peccatum in deum dicitur impi
etas. in proximum iniquitas. in ſeipſum impuri
tas. Primo videndum eſt de peccatis quibus in/
honoratur omnipotencia diuine maieſtatis ſu/
perſticōne colendi que ſunt ydolatria. et ritus iu/
daicus. et ſarcenicus. apoſtaſia. ſciſma. et hereſis
Ydolatria eſt falſa et ſuperſticōſa proteſtacio ma/
ieſtatis diuine in ydolo. Cuius ydolatrie due ſūt
ſpecies. vna eſt in rebus naturalibus. alia in arti
ficialibus. ſicut oſtenditur Sapiencie. xiiij. Com
mittitur autem tripliciter. ſcilicet proteſtacōe cor/
dis. vt credere de creatura ꝙ ſit omīpotens. quod
eſt proprium creatoris. confeſſione oris vt non ſo/
lum credere ſed eciam verbis exprimere. exhibicō
ne operis. vt fit in reuerencia et ſacrificijs. Tri/
plex autem eſt apoſtaſia. ſcilicet perfidie. vt cum
quis recedit a fide. vt Julianus apoſtata. Inobe/
diencie cum quis recedit a preceptis Eccl. decimo

Inicium ſuperbe hominis. apoſtotare a deo. Irre
gularitatis. vt cum quis a religione clauſtrali vel
clericali recedit. Apoſtaſia ſic poteſt deſcribi. Apoſ
taſia eſt temerarius a ſtatu fidei. vel obediencie.
vel religionis receſſus. Sciſma eſt illicita diſſen/
cio eorum inter quos vnitas eſſe licet vel illicitus
ab vnitate receſſus. Eſt autem oīs hereſis ſciſma
ſed non conuertitur. Nam hereſis eſt receſſus a fi/
de ſecundum veritatem. Item differunt ſciſma et
hereſis. Nam hereſis addit prauum dogma. ſciſ/
ma autem in fine cōfingit aliquā hereſim. Poſt re
ceſſum enim ab vnitate eccleſie ſequitur inobediē/
cia eccleſie in mandatis. in fine vero ſequitꝛ aſſen/
ſio ꝙ nō eſt obediendum eccleſie. Hereſis idem eſt
ꝙ diuiſio. et ſic hereſis dicit propriiſſime receſſuꝫ
a fide. proprie praua interpretacō ſcripturarum
Minus autem proprie excōmunicacō. Et hereti/
cus dicitur multipliciter. vnomodo ſecundum Au
guſtinum hereticus eſt qui alicuius temporal̄ lu
cri et maxime glorie prīcipatuſqꝫ ſui gracia fal/
ſas opiniones de fide ac nouas vel gignit vel ſeq̄/
tur vt hereſiarche Sabellius aut arrius ſequitur
vt decepti per ſabellium et arrium qui ſabelliani
et arriani dicuntur. Scdm aūt Ie. pt hereticus
appellari licet ab eccleſia nō diſceſſerit qui aliter in
telligit ſacrā ſcripturā ꝙ ſpūs ſcī ſenſus expoſtu
lat. Tercō dr̄ heraticus quicunqꝫ a ſacramentis

eccleſie vel cõmuniõe fidelium eſt diuiſus. vt excõ
municatus. peruerſor eciam ſeu ſubūſor ſacramē/
torū. vt ſimoniatus hereticus reputatur.

¶ De interdicto et duabus ſpēbus ex/
cõmuīcacõis. xxviij.

DE hereſi que eſt excommunicacõ in ſpeciali
diffuſius eſt dicendum Et primo de inter/
dicto quod eſt excõmunicacõis inicium. Ad quod
notandum eſt ꝙ nomine cenſure eccleſiaſtice intel
ligitur ſentencia interdicti excõmunicacõis et ſuſ
penſionis. Proprie autem excõmunicatur perſo/
na a cõmuīõe ſacramentorū et fidelium ſeparata.
Suſpenditur eciam quandoqȝ ab officio. qn̄qȝ a
beneficõ. qn̄qȝ ab vtroqȝ Interdicitur vero locus
vt puta ciuitas villa vel caſtrū. In gn̄ali interdic
to iſta debent cõferri ab eccleſia. ſcȝ baptiſmus ꝑ/
uulorū. pn̄īa morientium. et peregrinis crucem
accipientibus ob reuerenciam crucifixi non ē pe/
nitencia deneganda. Poteſt eciam epiſcopus par
uulos baptiſatos cõfirmare ſemel ī menſe vel ſep/
timana. ipſum interdictum cauſa predicacõnis ad
eccleſiam cõuocare Item morientibus ſi digne pe
niteant poteſt euchariſtia miniſtrari.. Clerici de
cedentes ſine pulſacõne cãpanarum ceſſantibꝰ ſo/
lemnitatibus cū ſilencõ in cimiterio ſepeliri pn̄t.
ſi bene ſeruauerint interdictum In cõuētualibus
eccīis bini et bini vel tres ſimul horas canonicas

poſſunt legere: non cantare ianuis clauſis et int̄
dictis excluſis. et hoc ita demiſſe ꝙ exterius non
poſſunt audiri. Ex quo patet ꝙ interdicti et mul
to forcius excōmunicati nō debent horas extra ec/
cleſiam auſcultare. Pleriſqꝫ tamen religioſis pri/
uilegium indultum eſt. vt ianuis clauſis et inter
dictis excluſis: poſſint ſimul diuina celebrare. qḋ
hodie ad epiſcopos extenditur niſi eis ſpecialiter
prohibeatur. Excōmunicatus vero ex animadu̾/
ſione gladij ſpiritualis eccleſie a cōmunione fideli
um et ſacramentorum ſeparatur Sunt autem ex
cōmunicacōis due ſpecies. ſcilicet vna que dicitur
maior excludens a ſacramentis et legittimis acti
bus fidelium in iſto verſu contentis. Os orat vale
cōmunio menſa negatur. Alia dicitur minor tan
tum ſeparans a ſacramentis. Item excōmunica/
cio quedam infligitur a iure. et hec eſt preſeruati/
ua. quia licet videat᷑ eſſe ad libertatem eccleſie con
ſeruandam. principalius tamen eſt ad culpam p̄/
cauendam. Quedam infligitur a iudice. et hec eſt
curatiua. Nam licet videatur eſſe propter emen/
dam faciendam. principaliter tamen eſt propter
contumeliam cōfringendam. ¶ Pena ſuſtinentis
excōmunicacōnem eſt multiplex Vn̄ verſus. Gra
cia ſubtrahitur. magis ac magis obice rupto. De
vicio cadit in vicium ſuffragia ꝑdit Eccleſie. ſa/
thane vexandus tradit᷑ ille. Que ligat ex ꝓprijs

anathematis vlcio culpis. Circumſtancia vero p̄ſeruans perſonam participantem cum excōmunicato ne excōmunicacōnis eciā vinculo inuoluat: eſt multiplex. Unde verſus. Utile lex humile res ignorata neceſſe. Hec anathema quidam faciūt ne poſſit obeſſe. Utile id eſt vtilitas ex parte excōmunicati. vt quādo quis loquitur cum excōmunicato de hijs que pertinent ad ſalutem anime ſue. Item vtilitas ex parte participantis. vt cū exigit debitum ab excōmunicato. Lex autem matrimonij excuſat coniugatos. Humile id eſt humilitas vt ſeruitoris. et filij non emancipati. ſeruis. ancillis. ruſticis. mancipijs. et alijs obnixa ſeruitute aſtrictis. Res ignorata. vt cum neſcitur eſſe excōmunicatus cum quo participatur neceſſe. ſicut peregrini pauperesq̄ȝ et eciam viatores.

De duabus regulis circa excōmunicacionem. ſectio. xxviij.

Circa excōmunicacionem nota duas r̄gulas generales. Prima eſt hec. Quicunq̄ȝ in clericum vel aliquam perſonam eccleſiaſticam manus inicit temere violentas: excōmunicatus eſt. Fallit tamen hec regula in decem et quatuor caſibus. Primus eſt in apoſtata percuſſo qui clericus ignoratur. Secundus eſt in apoſtata admonito ſe n̄ corrigente. Tercius in eo qui gerit procuracionē et adminiſtracōem ſeculariū perſonarū. Quartus

in eo qui ex ioco manus inicit in clericum. Quin
tus in magiſtro qui cauſa diſcipline verberat clē
cum. Sextꝰ in eo qui vim ſibi illatam a clerico vi
repellit. Septimus in eo qui clericum deprehen/
dit cum vxore. matre. ſorore. vel filia commiſceri.
Octauus ē in eo qui auctoritate prelacionis ſue ꝟ
de mandato prelati manus inicit in clericum. No
nus in ſenioribus eccleſie. Decimus in dominis.
Vndecimꝰ in pr̄ibuſfamilias Duodecimꝰ in pro
pinquis Decimuſterciꝰ in eo q̄ manus inicit ī cle
ricum depoſitū. et curie traditum. Decimuſquar/
tus cum clericus tranſfert ſe ad vitam clericatui
prorſus cōtrariam. vt quando fit miles vel contra
hit bigamiam Alia regula eſt hec. Quicunqꝫ ē
excōmunicatus propter iniectas manus in cleri/
cum violentas pro abſolucione ad ſedem apoſtoli
cam eſt mittendus. ſed fallit in quindecim caſibus
Primus eſt quando percuſſor eſt in mortis arti/
culo cōſtitutus. Secundus vt qui iuſtas excuſaci
ones habet vt inimicitias capitales. Tercius in
hoſtiario qui neceſſitate officij ſui aliquem clericū
non enormiter percuſſit. Quartus ī infirmo Qn̄
tus in paupere. Sextus in ſene depreſſo. Septi/
mus in clauſtrali qui enormem non intulit leſio/
nem. Octauus in mulier̄ Nonus in hijs qui ſui iu
ris non ſunt. Decimus in hijs qui magne ſūt po/
tencie et nimium delicati. ita vt laborez in eundo

ad curiam ſuſtinere nequeāt. Undecimus in hÿs
qui non enormē leſionem ſed leuem aut modicam ī
iuriam clericis intulerunt. Duodecimꝰ ſiue ante
pubertatem. ſiue poſt poſtulet abſolui. Decimuſ/
tercius in ſeruo de cuius abſencia dominus gra/
uetur. vel cum ipſe ſeruus amicū verberat vt ha
beat materiā euagandi. Decimuſquartus in moī
alibus. Decimuſquintus in oībus communit vi
uentibus.

De diuinacōe. xxix.

Sequitur videre de peccatis quibus inhono
ratur diuine ſapiencie altitudo ſuperſticio/
ne ſciendi que ſunt iſta. ſortilegium. diuinacio fu/
turorū. Ad cuius mali noticiam ē videndum q̄d
diuinacō. et que eius differencie. et vtrum omīs
diuinacio ſit interdicta. Et primo ſic deſcribitur.
Diuinacio eſt ſuperſticioſa preſciencia futurorum
Cuius quinqꝫ ſunt ſpecies. ſcꝫ mantice. malefici
um. ſortilegium. augurium preſtigium. Mantice
dicta eſt a manco qui in ea p̄ualuit. Hec habet q̄n/
qꝫ ſpecies. ſcꝫ nigromancia. que eſt diuinacō facta
in cadaueribus mortuorum. a nigro quod eſt mor/
tuum et mancia diuinacō. Geomancia que eſt di/
uinacō facta in terra. a ge quod eſt terra. vt in cir/
culo. et mancia quod eſt diuinacio. Ydromancia q̄
eſt diuinacio facta in aqua. ab ydro quod eſt aqua.
vt in aqua pluuiali. Aeromancia q̄ eſt diuinacio

facta in aere. vt in cõtemplatiuis circulis. Pyro/
mancia que eſt diuinacõ facta in igne A pir quod
eſt ignis. iſte ſunt ſpecies mantice. Maleficium eſt
pericia per quam mulieres faciunt aliquas liga/
turas ĩ dampnum alicuius vel incommodum de
criſta galli vel de rana et de imagine cũ eis. Sor/
tilegium eſt diuinandi racio per ſortes. cuius vſq
fuit in veteri teſtamento. Sorte eciã vſi ſunt Apo
ſtoli ante ſancti ſpiritus miſſionem vel plenitu/
dinem. Augurium eſt pericia diuinandi per aui/
um garritus vel geſtũs. vt per volatum. Preſtigi
um eſt per quod diabolicis illuſionibus hominũ
oculi preſtringuntur. ne poſſint cernere quod ve/
rum eſt. ſed fantaſtica figmenta vt faciunt incan/
tatores. ¶ Poſt hos modos ſunt alij plures. qui
dietim a diabolo inueniuntur. Eſt enim diuina/
cõ facta in varia inſpectione pſalterij et euangelij
Eſt et diuinacõ que futura predicit in fatis et cõ
ſtellacioĩbꝫ dicta matheſis: media producta. Eſt
et diuinacõ facta per aurarum inſpectioẽm dierũ
et horarũ q̃litatẽ cuſtodiens in agendis. et dr̃ au/
ruſpicum. Eſt diuinacio facta q̃ exta vel inteſtina
pecudũ inſpicit. Eſt que in aris ydolorũ reſpon
ſa a demonibus capit. Eſt que ſompnia obſeruat
Dr̃ autem ariolus diuinator ĩn aris. coniectã/
tor in ſompnijs. augur in auium garritu. malefi
cus immolans demonibus vel ſaltem luſtrans.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Magus alio nonine dictus incantator. eſt preſti/
gioſus fallens oculos intuencium. Phito eſt vent̃
loquus : per ſpiritum malignum loquens. A phi
tio id eſt appolline dictus . Diuinus id eſt inſpe/
ctor aſtrorum Auruſpex qui volatum auium aſpi
cit Auguriator qui vocem audit auium Extiſpex
qui exta id eſt inteſtina pecudum inſpicit. Aſtro
logus qui in aſtris auguriatur Geneatlogus qui
mores hominum predicere conatur per ſigna ſub
quibus naſcuntur homines. hic vulgo dicitur ma
thematicus. cuius ſuperſticõ dicitur conſtellacõ a
latinis . Horoſcopus eſt qui in ſingulis agendis
conſiderat diuerſo et diſſimili fato . Sortilegus ẽ
qui ſorcium aliquaruz fortunarum ã infortunarũ
euẽtu diuinacõem loqᷓ. vt ex inſpectone aliq̃rum
ſcripturarũ predicit futura. Saliator qui dum q̃/
cunqꝫ pars membrorum ei ſalierit: exĩde ei aliqḋ
proſperum vel triſte ſignari predicat . Eſt autem
omnis diuinacõ deceptio et illuſio diabolica. ideo
maledicta a deo. et ab eccleſia ĩterdicta. nec poteſt
quiſꝙ ex volũtario commercio vti ea ſine peccato
Aut enim eſt ibi peccatum infidelitatis dum ali/
quod diuinum attribuitur diabolo. Aut eſt pecca
tum ydolatrie. vtpote in oblacioĩbus et ſacrificiys
Aut eſt peccatum inobediencie. quia fit contra ꝓ
hibicõnem dei et eccleſie. Talis autem prohibicio
eſt facta. quia talis peccat in ſeipſum dũ diſcrimĩ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe committit. peccat in diuinam maieſtatē dum recurrit ad diabolum quaſi non ſit omnipotens ō nium ſciens et benignus deus xpriſtianorū. Peccat in eccleſiam dum commercium habet cum illo. qui preſciſus oīno eccleſie aduerſatur.

De ypocriſi ſimonia et ſac̾legio. xxx.

Videndum eſt de peccatis quibus vilipendi tur ſanctitas bonitatis diuine puerſitate v tendi. qđ ſit tripliciter. ſcʒ appa͞rentis ſanctitatis ſimulacione. vt in ypocriſi. Abuſione doni gratui ti . vt in ſimonia. Violacione ſacri loci. vt in ſacri legio Sunt autem de ypocriſi notificaciones ꝛ diſ ferencie Ypocriſis ſecundum Rabanum eſt dum quis vult videri quod non eſt. ſcʒ bonus quaſi alte rius perſone repreſentator. Vel aliter . Ypocrita eſt qui vult videri bonus cū non ſit . Superſedeo de multis aliÿs diffinicionibus. Species ypocri ſis ſecundum Richardum ſunt affectio dignitatis affectio libertatis. affectio auctoritatis . affectio poteſtatis Secundum Gregorium pardus ī Da niele habens quatuor alas : eſt ypocrita figurās quatuor ſpecies ypocriſis . Prima eſt iactancia de bono manifeſto. Secunda eſt excuſacio de malo manifeſto. Tercia eſt ſimulacio do bono occulto . Quarta eſt ſimulacio de malo occulto. Simo nia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi ſpi

rituale vel annexum ſpirituali. Hec autem con/
trahitur tripliciter ſecundum Gregorium. ſcilicꝫ
munere a manu. quod eſt pecunia. Munere ab ob
ſequio. quod eſt ſeruitus indebite impenſa Mune
re a lingua. quod eſt fauor. Tres autem ſunt dif/
ferencie materiales ſimonie. Prima quando ven/
ditur ſpirituale vt eccleſie ſacramenta. Secundo
quando venditur annexum ſpirituali. vt eſt pre/
benda que racione conſanguinitatis vel precij vel
fauore datur et obtinetur indigenti. Tercia eſt
quando venditur ſpirituale et ſpirituali ānnexū.
vt eſt predicacio. ¶ Sacrilegium eſt ſacre rei vio
lacio. vel eiuſdem vſurpacio. quaſi ſacriledium.
Committitur autem aliquando aut racione per/
ſone. vt cum religioſus vel clericus verberatur.
Quandoqꝫ racione loci. vt quando cimiterij vel ec
cleſie emunitas violatur. Quandoqꝫ racione rei.
vt quando res ſacra vel ſacro vſui deputata vſur/
patur. Circa quod eſt dicendum quia ſacrilegiuꝫ
committitur. aut auferendo ſacrum de ſacro lo/
co. aut ſacrum de non ſacro loco. aut non ſacrum
de ſacro loco.

¶ De raptu. furto. vſura. homicidio. ꝛ
ſcandalo. ſectio xxxi.

Sequitur nunc quidem videre de pccīs que
cōmittuntur in ꝓximū quorū tria ſūt gn̄a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quibuſdam enim leditur proximus. que ſūt rapina. furtum et vſura Rapina eſt manifeſta et violenta aliene rei contrectacō Vſura eſt ſub ſpē negociationis domino ſciente contrectacō rei aliene Furtum eſt occulta et ignorante domino et inuito rei aliene contrectacō. Aliquibꝫ etiam leditur proximus in perſona. vt homicidio et bello. Eſt homicidium hominis occiſio ab homine facta. et ē duplex ſcilicet ſpirituale. quo quis occiditur ſpiritualiter duobus modis. ſcilicet odiendo. Nam qui odit fratrem ſuum homicida eſt. et detrahendo. lingua enim detractionis gladius eſt acutus. Eſt aliud ſcilicet homicidium corporale. quo quis corporaliter occiditur. Et fit duobus modis. ſcilicet lingua et opere. lingua tripliciter. ſcilicet precipiendo. cōſulendo. et defendendo. Opere quadrupliciter. ſcilicet iuſticia. neceſſitate. caſu. et volūtate. Quibuſdam vero peccatis leditur in mente proximus. vt ſunt ſcandala. Eſt autem ſcandalum dictum vel factum minus rectum prebens aliis occaſionem ruine. Scandalum grece latine obex dicitur. Sicut enim ad obicem in via poſitum ledit pes euntis. ſic dictum vel factum minus rectum ē obex infirmis in via morum. Scandalum aliqn do dicitur. ſcilicet dictum vel factum minus rectū Aliquando dicitur actio ſiue impactio illius qui ſcandaliſat. Aliquando dicit caſus vel ruina illius

qui ſcandaliſatur. Eſt autem differencia ſcandali duplex. Eſt enim actiuū et paſſiuum. Actiuum eſt quo quis dat alij occaſionem ruine ſpiritual. Paſſiuum vero eſt ipſa ruina facta ad obicem ma/li exempli alterius. vt cum quis fornicatur exem plo alterius. Ad ſciendum autem que ſunt prop/ter ſcandalum omittenda. Sunt autem due regu/le notande. vna eſt Bernardi. alia Jheronimi. Re gula Bernardi eſt hec. Peccamus ex infirmitate. ex ignorancia . ex certa eciam interdum malicia. Cauendum eſt ne quid faciamus quod ſit in ſcan dalum alicuius. de talibus dicit dominus Petro. Ne autem ſcandalizemus eos etc. In tercio vero ca ſu. ſcilicet cum procedit ſcandalum ex certa malici a. non eſt propterea ab opere deſiſtendum. Vnde Mathei. xv. Sinite illos ceci ſunt et duces cecorū Regula Jheronimi eſt hec. Omne quod poteſt fie/ri vel non fieri ſalua verūtamen triplici veritate omittendum eſt propter ſcandalum. Non autem eſt omittenda veritas vite. iuſticie. et doctrine pp ter ſcandalum euitandum. Veritas vite pertinet ad omnes comprehendens omnia prohibita pre/cepta et cōſilia. Veritas iuſticie pertinet ad pre/latos comprehendens duas partes iuſticie ſcilicet ſeueritatem in puniendo reos. et liberalitatem in iuſtificando bonos. Veritas doctrine pertinet ad doctores et magiſtros et predicatores.

De pctō luxurie et gule. xxxvij.

Nota q luxuria deordinat generatiuā. et gula nutritiuam. peccata que deordināt vel q̄ accidunt ex deordinacōne generatiue ſunt iſta ſcilicet pollucō nocturna. luxuria in propria vxore. ſimplex fornicacō. meretricium. raptus. adulterium. inceſtus. vicium ſodomiticum. Peccata ex deordinacōe nutritiue. cōmittunt̄ manducando. zc̄. et bibendo. et dicitur ebrietas quod fit quinqꝫ differencijs vt ſupradictū ē p̄propere. laute. nimis ardenter. ſtudioſe. Suppoſito q coitus coniugal̄ ſit vel eſſe poſſit peccatum. eſt videndum per diſtinctionem quis coitus coniugalis eſt peccatum. et quis non. et quis venialis. et quis mortal̄. Nota igitur q coitus coniugalis alius eſt licitus. alius eſt fragilis. alius eſt impetuoſus. licitus eſt triplex. quidam fit cauſa prolis generande ad diuinum cultum. et hic eſt thonoſebie virtutis. que dicitur pietas. Quidam cauſa reddendi debitum et hic eſt iuſticie. Quidam cauſa fornicacōnis vitāde. et hic eſt cauterie. de quo dicit Apoſtolus. prima Corintheorum. ſeptimo. Vnuſquiſqꝫ ſuāꝫ habeat vxorem. propter fornicacionē vitandam ſuple. Fragilis ex fragilitate eſt nec ꝓlis habende nec debiti reddendi. nec fornicacōnis vitande. ſed cā delectacōis in cōiuge Et tūc diſtingue. qꝛ illa delectacō. aut amatur infra deū. et tunc eſt culpa

venialis. Aut amat plus q̃ deus et eque vt deū et tunc eſt peccatum mortale. Impetuoſus eſt q̃ ex libidine ſola proueniēs metas honeſtatis et racōnis excedit. Et iō mortale eſt qḋ fit quinqꝫ modis. Primo cum fit propter faciendam libidinem per blandicias meretriceas Secundo cum fit preter naturalem modum. Tercō cū fit tempore prohibito. Quarto cū fit in loco prohibito Quinto cū vir accedit ad vxorem vicinam ptu. vel in fluxu menſtruo laborantem. Simplex fornicacō eſt luxuria qua ſolutus cū ſoluta naturali vſu femine cōmiſcetur. ita ꝙ ſolutus excludat vinculum matrimonij. conſanguinitatis. affinitatis. ordinis. voti. religionis. et hoc cum muliere ſoluta. que vnius vel paucorum libidini ſe exponit. Meretricium ē commercium nepharium cum muliere que multorū paret libidini. Nam meretrix proprie dicta eſt mulier que multorū libidini ſe exponit. Adulterium eſt alterius thori violacō. Inceſtus eſt lubricū carnis contra votum conſanguinitatem vel affinitatem commiſſum. de quibus ſup̄ dictum eſt.

De ꝓprietatibus ſiue paſſionibꝫ viciorum aut peccōrum. xxxiij.

Ad maiorē euidenciā predictorū videndū eſt de paſſioībus et ꝓpetatibus peccōrū Nō igitur ꝙ ſunt q̄dam añcedencia ad pecm̄. q̄dam cōſequēcia. quedam cōcomitancia. Antecedencia quedam

ſunt ex parte auerſionis. et quedam ex parte con/
uerſionis. Ex parte auerſionis a deo ſunt cōtem/
tus. omiſſio. ingratitudo inobediencia. preuarica
cio. Ex parte conuerſionis ad creaturam ſunt li/
bido. concupiſcencia. delectacio. conſenſus in pec/
catum. praua intencō. Subſequencia ſunt macu/
la et reatus. Circumſtancia ſunt illa que circum
ſtancias nominamus. Auerſionem itaqꝫ a deo co
mitantur contemptus omiſſio generalis. ingrati
tudo. inobediencia. preuaricacio. Nam voluntas
ad deum conuerſa et deo conformis vult quod deꝯ
vult. et non vult quod deus non vult. Et hoc de/
bet. tum quia voluntas dei ſuperior eſt ſimplicit.
voluntas vero racionalis creature inferior eſt. et
ideo tenetur ſequi ſuperiorem. quod ſi non facit di
citur contempnere. tum quia dignum eſt facere q̄c
quid deꝯ vult fieri. et ideo cū auertimur dicimur
omittere. tum quia iuſtum eſt propter accepta be
neficia eidem intendere. vnde cum auertimur di/
cimur ingrati. tum quia ipſe dominus eſt. et nos
mentum vt ſacramentū. ad q̄d quatuor req̄runt.
ſcȝ cibi exñcia. eius ad cibatū nālis cōueniencia vt
ſcȝ ab hoīe non a mure ſumatur. Intencio et illig
intencioīs regulacō per fidem. Sp̄ualis māduca/
cio habet duo. ſcȝ māſticacionē ſuo modo que cōſiſ
tit in recogitacione dum recogitans afficit amore
caritatis. et ei de quo recogitat iungitur. et ſic in/
corporatur. et dum incorporatur reficitur et ma/
gis aſſimilatur. Spiritualis autem vel ſpecialis
huius ſacramenti operacio ſiue efficacia eſt vnire
non de nouo ſed iam vnitos per graciā magis vni
re. Digne enim ſumentem reddit ferueciorem vt
carbo ignitus. et forciorem vt bonus cibus. Et vt
iſtam efficaciam habeat in ſumente: primo opor/
tet ipſum ſumentem iſtū cibum ab hȳs diſcernere
per fidem. Secundo hoſpicium preparare per ſui
probacionem. Tercio in hoſpicium recipere cum
honore et deuocione. et talis dicitur digne accede/
re. Nota fractionem hoſtie in tres partes. q̄ fit
propter tres partes corp̄is miſtici.

De penitencia. li.

Videnda ſunt de penitencia . diuerſa diffini
cio. diuerſa nominacio. intregracio. iuſtifi/
tacio. ſignificacio. Penitencia quantum ad actum
principalem ſic diffinitur. Penitencia eſt prima
virtus puniens veterem hominem . Penitencia ſe
cundum Ambroſi . eſt amaritudo et dolor aīe pro
peccatis que quiſq̄ꝫ cōmiſit. Augꝰ . Penitencia ē
quedā dolentis vindicta ſemper puniens in ſe qđ
dolet amiſiſſe. Multis alijs diffinicionibus decla
ratur quas breuiter relinquo . Penitencia diūſis
vocabulis noīatur ſcđm ꝙ diuerſa contra peccati
maculam oꝑatur. Expellit eīm pcc̄i actualis mali
ciam que aīam deformat . pōm ad malum incliāt.
ſiue a deo dehabilitat. naturā vulnerat. actu libere
voluntatis cōmittitur . cū delectacione et libidine
ꝑpetratur. Delere autem culpam vt deformantē.
eſt gracie reformantis . vt dehabilitātem eſt virtu
tis habilitantis . vt vulnerantem eſt ſacramēti cu
rantis. vt actu voluntatis cōmiſſam . Aut ꝑ actū
ſimiliter voluntatis vt cū delectatacione et libidi/
ne ꝑpetratā cum cōpaſſione cōtraria . iō recte dr̄
ꝙ penitencia eſt gracia. virtus. ſacramentum. ac
cio et paſſio. Partes integrales penitencie ſunt
cordis contricio. oris confeſſio. operis ſatiſfactio.
Cordis contricio autem eſt dolor voluntarie pro/
peccatis aſſumptus. Confeſſio aūtem debet habe
re has condiciones. ſcꝫ ꝙ ſit ſimplex. huīlis. pura

fidelis. frequens. munda. diſcretã. libens. verecũ
da. integra ſecreta. lacrimabilis. accelerata. fortis
accuſans. parere parata. Item propter quatuor
caſus eſt ſecundum magiſtros iteranda confeſſio.
Duo ſunt ex parte ſacerdotis. quorum primus ē
ob enormitatem ſceleris. ob quam ad ſuperiorem
confitens eſt remittendus. et ab eo ſi voluerit ite/
rum audiendus. Secundus eſt per ignoranciam
ſacerdotis. quia coram perito ſunt peccata iterum
detezanda. Duo vero ſunt ex parte confitentis.
Quorum primus eſt fictionis malicia. vt ſi acceſ
ſit cum voluntate peccãdi. vel peccatum ſeruauit
ſcienter. Secundus eſt propter cõtemptum ſatiſ/
factionis quam neglexit aut ſpreuit. In duobus
vltimis caſibus ſi vadat ad rudem ſacerdotem vel
ad alium interiectu temporis debet reconfiteri.
et ſic ex parte ſacerdotis patent defectus et ex par
te cõfitentis. Sunt et alij duo caſus de quibus eſt
cõtrouerſia inter doctores. Vnus eſt de peccati ali
cuius obliuione. Alius de recidiuacione. Sed di/
cendum in hijs duobus ſeruandum eſſe cõſilium
non tanq̄ȝ preceptum de iterando cõfeſſionem. Re
ſeruantur autem epiſcopo quinqȝ caſus de penitē
cia ſolempni imponenda. ſecundo de excõmunica/
tis. tercio de irregulaitate. quarto de incendarijs
quinto de conſuetis in epãtu caſibus reſeruatis.
ſed iſte caſus non eſt generalis. ¶ Satiſfacere eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccatorum cauſas reſcindere vel excidere aut ex/
cludere et eorum ſuggeſtionibus aditum non ad/
hibere. Anſelmus dicit. ꝙ ſit honorem debitum de
o reddere. Partes eius ſunt ieiunium. elemoſina.
oracio. Ieiunium eſt contra carnis cõcupiſcentiã.
Elemoſina contra cupiditatem oculorum. Oracõ
contra ſuperbiam vite. Item ieiunium nos ordi/
nat ad noſmetipſos. Elemoſina ad porximum. O
racio ad deum. Augꝰ. Per ieiunium et elemoſinã
facimus duas alas. Ad iuſtificacõnem impij
quatuor requiruntur. duo ex parte dei. ſcilicet gra
cie infuſio et culpe expulſio. Ex parte impij eciã
duo. ſcilicet motus liberi arbitrij conſonans ſiue
cõſenciens gracie aduenienti. et cordis contricõ cõ
cordans gracie culpam expellẽti. Hec autem qua
tuor precedit attricio et preparacio ad iuſtificacio
nem. que attricio eſt motus fidei et doloris. quã/
uis longo tempore ſemiplenus. Tanguntur au/
tem quatuor iſta in Pſal. verſiculo. Commouebi/
tur terra et conturbauit eam. ſanauit cõtriciones
eius quia commota eſt. Gracia quippe adueniẽs
in animam commouet racionem ſecundum ꝙ eſt
poteſtas vel potencia liberi arbitrij. et conturbat
voluntatem per cõtricionem et poſtmodum ſanat
per peccati expulſionem. Et horum racio reddit
duplex. ſcilicet commocio racionis. et cõturbacio
mentis. Unde ſubditur. commota eſt a. cum quod

eſt ſimul. quia tunc omnes vires ſuper ſe plangũt
et mouentur ad bonum. In ſacramento penitẽcie
eſt aliquid quod eſt tantum ſignum vt exterior pe
nitencia ſcd̃m inſtitucionem eccleſiie in q̄ eſt ſacer
dotis abſolucõ tamq̃ formale. Et huĩliacio cõfiten
tis tamq̃ materiale quantũ ad actum cõtricionis
ſiue quantũ ad verbum accuſacionis. ſiue quãtuz
ad penam ſatiſfactionis. Aliud quod eſt tantum
res. vt peccati pfecta remiſſio. Aliud eſt res et ſig
num. vt interior penitudo.

## De vnctione extrema. lij.

Vnctio extrema ſeptem videnda requirit. ſcꝫ
que ſit eius materia. que forma. quis diſpẽ
ſator. quis ſuſceptor. que efficiencia. que cum con
firmacione differẽtia. que ſignificacionis cõuenien
cia. Materia eius eſt oleum ſimplex. ſed cõſecratũ
ab epiſcopo. Forma eius eſt vocalis expſſio orõ
num in ordinariis cõtentorum. Huius ſacramen
ti diſpenſacio ſacerdotibus cõpetit ex officio. Et
hoc cõfirmat autoritas et rõ. Autoritas Ia. vltiõ
ſi q̃s infirmatur inducat preſbiteros. Rõ eciã hoc
dicit. quia cum materia huius ſacramenti ſit elem̃
tum cõſecratum ab epiſcopo cõſecratis manibꝫ de
bet contrectari. et ſic eciam cum ſit medicina peri
clitancium non ad ſolos epiſcopos pertinet. oleũ

eciam conſecratum ad aliquos ſe n̄ extendit. Dn̄t autem iſtud ſacramentum accipere ſoli infirmi racione vtentes. qui vel peccauerunt venialiter. aut peccare potuerunt. et hoc ī mortis articulo exiſtē tes Unde igitur infantibꝫ et ſtultis negatur. nec intrantibus bellum iuſtum. nec cōdempnatis tā ꝙ infamibus in facie eccleſie. nec mediocriter infirmis. quia iterare poſſunt adhuc venialia. Eſt autem hoc ſacramentum tam finaliter ꝙ efficaciter cōtra venialia ordinatum. Et ꝙtum ad remiſſionem culpe. et quantum ad dimiſſioēm partis pene Valet eciam ad recuperandam corporis ſanitatem ſi expediat infirmanti tanꝙ tamen non iteraturis venialia. debet dari hoc ſacramentum. non dico tamen quin poſſit et debeat ſanato recidiuo iterum dari tanꝙ medicina morbo venialium. Et quia venialia maxime per ſenſuum organa cōmittuntur. Ideo partes tribus potencijs ſeruientes inungantur Eſt enim triplex potencia. ſcꝫ ſenſitiua. generatiua. progreſſiua. Senſitiue organa quinꝗ ſenſuum. generatiue lumbi. progreſſiue pedes deſeruiunt. Ex predictis colligitur inter ſacramentum confirmacionis et vnctionis extreme differencia ſeptiformis. ſcilicet in efficacia. in materia. in forma. in ſuſcipiente. in dante. in loco. et in tempore Nota tamē ꝙ vnctio que fit ī criſmate dr̄ pn̄cipalis ꝗdruplici racione loci qꝛ in frōte. rōe

miniſtri quia ab epiſcopo · racione elementi quia de oleo mixto cum balſamo· Racione effectus ꝓpter habundanciam gracie· quia ibi datur paraclitus in magna habūdancia· Iuxta hoc nota ꝙ criſmate inunguntur baptiſati in vertice· confirmandi in fronte· pontifices in capite· reges vt dicitur in ſcapulis· In ſacramento extreme vnctionis ſecundam exigenciam ſacramentalis ſignificacōnis eſt aliquid quod eſt tantum vt extrema vnctio· Aliud quod eſt tantum res· vt venialis morbi curacio· Aliud quod eſt res et ſignum· vt ipſa deuocionis excitacio in anima· que non eſt aliud niſi quedam ſpiritalis vnctio·

## De ordine· liiij·

Videndum eſt de ſacramento ordinis quantum ad eius preparacionem conſignaciōis· diffinicionem ordinis· debitam diſpēſacionem· caracteris impreſſionem· rectam ſuſcepcionem· ſuā ſignificacionem· ſtatus cōſummacionem· Qui ſūt ad eccleſiaſticos ordines aſſumendi· primo cōſignantur ſignaculo diſtinctiuo et inſtructiuo· Nam quia tondentur in capite: quod eſt ceteris nobile· et qꝛ tonſura tā ſuperius ꝙ inferius facta habet formam corone que eſt ſignum dignitatis regie: innuitur ꝙ ſit diſtincti ad regale ſacerdocium vel officium aſſumuntur· Tale enim ſignum nedum ē ſignum diſtinctionis ſed inſtructiōis· In tali enim

tonſura eſt ſuperfluitatis amocio. In quo inſtru/
untur clerici quid vitandum. quia ſuperfluitas ē
renorum. Eſt eciam ſummitatis capitis denuda/
cio. in quo inſtruuntur clerici quid amandum.
quia felicitas ſupernorum. Eſt figure orbicularis
impreſſio. quo inſtruuntur quomodo conuerſan/
dum. quia figura orbicularis eſt ſimpliciſſima. ca
paciſſima. et pulcherrima: ad innuendum ꝙ ta/
liter coronati debent eſſe ſimplices in intencione.
ampli in dilectione. pulchri in caſtificacione. Or/
do ſic diffinitur. Ordo eſt ſignaculum in quo ſpi/
ritualis poteſtas conceditur ſiue traditur ordina/
to. Cum enim ſeptem ſunt ordines. ſcilicet ianito
rum. lectorum. exorciſtarum. acolitarum. ſubdia/
conorum. diaconorum. et ſacerdotum. In ordine
ſacerdotali datur poteſtas conſecrandi corpus cri/
ſti verum. et abſoluendi corpus xpriſti miſticum
Et hic ordo tanꝙ nobiliſſimus debet habere alios
ſibi ſubminiſtrantes reſpectu duplicis poteſtatis
In conficiendo corpus xpriſti verum ſibi ſeruiūt
ſubdiaconi et diaconi. Ita ꝙ poteſtas et officium
ſubdiaconi eſt in accipiendo hoſtias a plebe. Dia/
coni officium eſt eas a ſubdiacono ſuſceptas ſacer/
doti offerre. In abſoluendo autem corpus xpriſti
miſticum quatūor minores ſubſeruiunt ſacerdoti
ita ꝙ poteſtas et officium ianitorum eſt ad locum
ſacrum admittere. Lectorum eſt documenta prebē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Exorciſtarum eſt auxilium preſtare. Accolitoruꝫ
eſt exempla monſtrare. Hiis officiis dominus v/
ſus ē. Fuit enim hoſtiarius eiciens emētes et vē
dentes. dicens. Domus mea domus oracionis vo
cabitur vt dicitur Mathe. viceſiōprimo capitulo.
Lector librum in ſinagoga aperiens Luce. iiii.
Exorciſta tangens linguam muti. Math. vii. Ac
colitus Johannis. viii. Ego ſum inquit lux. ⁊c.
Subdiaconus. dum in pelui pedes diſci. ⁊c. Dia
conus. dum corpus et ſanguinem diſpēſauit. Sa
cerdos dum ſe in ara crucis optulit. Caracter cū
ſit ſignum impꝛ̄ſſum diſtinctiuū perpetuum xp̄o
configuratiuum ⁊ imprimitur in quolibet ordine
non idem. ſed diuerſus ordine cōgruo non neceſſa
rio. cum vnus poſſit recipi ꝙuis indebite ⁊ preter
miſſo alio. ita ꝙ cum peruentum fuerit gradatim
ad ordinem ſacerdotis in quo eſt ſtatus. ꝙuis ſep
tem ſint gradus vnum tn̄ eſt ordinis ſacramentū
tm̄. ſicut vnam dicimus ⁊piſtolam quāuis multas
habeat partes In quolibet autem ordine caracter
imprimitur. in eo ſigno quo maiorem habet ſimi/
litudinem ad ſignatum Et in quo principalis po
teſtas quam ordo reſpicit ſignatur tradi ordinato
Ad quam ſignandam duo concurrunt exterius ſci
licet tradicio alicuius inſtrumenti. ⁊ expreſſio vo
calis verbi. vt in ſigno viſibili pariter et audibili⁊
ſignificetur dari. Et hec duo ſunt intrinſeca et eſ/

ſencialia ſacramento ordinis. Debet autem diſpē
ſari hoc ſacramentum cum magna diſcrecione et
ſolempnitate. ac per hoc non a quolibet nec cuili/
bet nec in quolibet tempore: ſed ſub debitis ſignis
tam ex parte viſus q̄ꝫ eciam auditus. ſicut dictuꝫ
eſt ſolempnitate obſeruata quantum ad tempus.
locum. officium et perſonam. ¶ Requiritur autē
multiplex condicio vt digne ſuſcipiatur. ſcilicet ex
parte originis. vt non ſit filius ſacerdotis. vel ſpu
rius. vel eciam ſolempniter penitens A parte cor
poris vt non ſit corpore viciatus. vt demoniatus
aut epilenticus. A parte actionis. vt non ſit ho/
micida vel aliter enormis peccator. A prate condi
cionis. vt non ſit ſeruus. A parte conuerſacionis
vt non ſit curialis A parte coniugacionis. vt non
ſit bigamus. A parte ſexus. vt non ſit mulier. q̄
non poteſt ordinari nec de iure nec de facto. A par
te etatis. vt non ſit infantulus. qui non habet iudi
cium racionis. ¶ In hoc ſacramento eſt aliquid
quod eſt tantum ſignum. vt exterior operacio in
tradicione alicuius inſtrumenti et expreſſione u/
bi. Aliq̄d qđ eſt res. vt ſpūlis ꝑtātis collacio. Ali
q̄d quod eſt res et ſignum. vt interior caracteris ī/
preſſio. Nota tamen ꝙ quatuor ſunt parui ordiēs
ex ſeptem ordinibus. et tres magni. Pſalmiſtaq̰
non eſt ordo ſed aliquid annexum more officij Et
poſt ſuſcepcōnē quatuor paruorū ꝑt quis cōiugaī

non autem in tribus alijs. Epātus non eſt ordo ſed dignitas et nomen officij. Collige igitur gra/dus vſqȝ ad vnum pēarchiā. primo clericalis tonſura. ſecundo pſalmiſta. tercio ianitor. quarto lector. quinto exorciſta. ſexto accolitus. ſeptimo ſubdiaconus. octauo diaconus. nono ſacerdos. decimo archipreſbiter. vndecimo epiſcopus. duodecimo archiepiſcopus. decimotercio. patriarcha. decimo quarto et vltimo ſummus pontifex. qui et papa dicitur.

## De matrimonio. liiij.

Matrimonij videnda ſunt iſta. diffinicō inſtitucō. diuiſio. ſignificacō. prouencō boni. ꝓhibicio impedimēti. Eſt enim matrimoniuȝ viri mulieriſqȝ coniunctio maritalis īter perſonas le/gittimas indiuidue vite conſuetudinem retinēs. Eſt autem a deo inſtitutum matrimonium in officium. in remedium. in ſacramentum aut ſignū. Officium inꝙ procreande prolis. eciam in ſtatu nature inſtitute. in remedium contra impulſum libidinis in ſtatu nature lapſe. in ſacramentū vel ſignum inſolubilis coniunctionis naturarum in xpiſto diuine ſcilicet et humane. Circa contractionem matrimonij nota. ꝙ per ſponſalia de futuro inicıantur per mutuum cōſenſum inter legitīas perſonas. per verba de preſenti expreſſa rectificātur. per copulam carnalem ſubſequentem cōſūmāt

Tirta ſponſalia nota . ꝙ ante ſeptēnium cōtracte
de iure non valent . poſt ſeptēnium vero tenent .
Et hec quatuor modis contrahuntur. ſcilicet ſim/
plici promiſſione. fidei dacione ſeu iuramenti in̄
poſicione. datis arris ſponſaliciꝭs. et annuli ſub /
arracione Sic autem cōtracta octo modis ſoluūt'
Primus eſt voto ſolempni ſuperueniente. vt ſi al/
ter ſponſarum intret religionem . Secūdus eſt ſu
perueniente matrimonio . vt ſi cum alia cōtrahat
de preſenti. Tercius eſt ſuperueniente affinitate
vt ſi cognoſcat aliam conſanguineam ſponſe ſue. et
hoc poſſit fama aut facto probari . Quartus eſt in
curabili infirmitate ſuperueniente . vt lepra aut
mutilacione membri alicuius. Quintus eſt alte /
ro ſe abſentante. vt cum vadit ad regionem lōgin/
quam ſine licencia alterius. Sextus eſt altero for/
nicante. Septimus eſt vtroqꝫ volente cum ſcilicet
ambo cōſenciunt et mutuo ſe abſoluunt. Octauus
autem eſt in minore petenti abſolui vt quando cō
tracta ſunt ſponſalia inter duos quorum vnus eſt
in etate debita. alter vero non. Duobus enim pri
mis modis ſoluuntur ſponſalia ipſo facto. ſequen
tibus vero per iudicium eccleſie. Duplex autem ē
effectus ſponſalium cōtractorum . vnus eſt obliga
cio propter promiſſionem. Unde tales compellē/
di ſunt ad matrimonium contrahendum ſi non ti
meatur vxoricidium . vel interueniat aliq̄s caſus

pꝛedictoꝛum Aliꝰ effectꝰ publice honeſtatis ē iuſ
ticia que eſt ꝙ nullus conſanguineoꝛum ſponſi p̄t
contrahere mr̄imonium cū ſponſo et econūſo. Cō/
iuncti mr̄imonialr̄ tripliciter ꝑ ecc̄iam ſeꝑantur
quantū ad vinculū. cū oſtendit᷑ propter ĩpedimē/
tum legittimū nō fuiſſe cōiugium inter eos. Aut
ſeparantur ad tempus ꝓpter pn̄iam faciēdam vt
qn̄ contra interdictū ecc̄ie contraxerunt Aut ſepa
rantur ſimplr̄ quantū ad tempus in penā ꝓpter
aliqd̓ crimen cōtra ſubām mr̄imonij perpetratū.
vt qn̄ alter cōiugum foꝛnicatur. tunc ſi petat inno
cens diuoꝛcium cū ꝓbacione adulterij abſoluit᷑ ab
ecc̄ia a mutua cohabitacione vxoꝛis et debiti reddi
cione Sunt autem ſeptē caſus in quibꝰ poteſt ad/
ultera excipere petentē diuoꝛcium. Primus ſi foꝛ
nicari cōuincit᷑. Secundus ſi eam ꝓſtituat. Ter
cius cū credebat virū in bello eſſe defunctū Quar
tꝰ ſi cognita eſt ab altero quē credidit eſſe virū ſuū
Quītus ſi fuerit vi opp̄ſſa. Sextꝰ eſt qn̄ pꝰ adul
teriū r̄cōſiliauit eā ſibi et petijt debitū. Septimꝰ
ē qn̄ infidelis repudiauit vxoꝛē et illa nubāt altei
ſi ad fidem veniat debet eam recipere nō obſtante
ꝙ fuerit foꝛnicata. In matrimonio ratificato eſt a
liquid qd̓ eſt tm̄ ſignum. vt conſenſus exterioꝛ per
verba aut nutus expreſſus. Aliud quod eſt tātuꝫ
res vt vnio dei et anime per graciam que tn̄ eſt ſe
parabilis ꝓ pcc̄i moꝛtalis tranſgreſſione. ſic illud

matrimonium eſt ſeparabile per religionis ĩgreſ/
ſum. Aliud quod eſt res et ſignum vt ſenſus interi
or aĩarum. In matrimonio cõſummato eſt tan/
tum ſignũ. cõſenſus exterior. tũ res vnio natura
rum inſeparabilis. in xpriſto res et ſignum. mu/
tuus cõſenſus animorum Tria ſunt bona cõiugiĳ
ſcʒ bonum fidei. bonum prolis. bonum ſacramen
ti Fides ꝙ ſuam cognoſcat et non aliam. et hoc ẽ
bonum moris cadens in genere honeſti. bonum ꝓ
lis cadit in genere cõferentis. Confert enim pro/
les ad ſpeciei cõſeruacioẽm et numeri perfectionẽ
Bonum ſacramenti cadit in gñe delectabilis. tã/
ta enim ibi eſt vnio. vt propter vxorem relinquat
homo patrem. et ſic patet ꝙ tria ſunt in electione
ſcdm phũ. ſcilicet honeſtum. cõferens et delectabi
le In hoc triplici genere ſunt bona cõiugiĳ diſtri/
buta & ſuper hec bona numero tria. quia ad hoc ꝙ
matrimonium ſit completum tria potiſſime req̃/
runtur. ſcʒ inſtitucio. vſus et fructus. Rõne inſti
tucioĩs eſt bonum ſacramenti. Racione vſus debi
ti eſt bonũ fidei. Racione fructus cõferentis eſt bo
num prolis.

## De impedimentis in gñe. lv.

Inpedimentorum matrimoniĳ. quedam ſũt
de cõgruitate ĩpedientia. ſicut eccleſie inter
dictum. et tempus feriarũ. Et iſta dicuntur im/
pedire cõtrahendum. ſed non dirimẽ iam cõtractũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quedam impediunt de neceſſitate . quia non ſtat
cum eis matrimonij ſacramentum . Unde ſic im/
pediunt contrahendum matrimonium . ꝙ eciam
dirimunt cõtractum . et ſunt duodecim . Unde ver
ſus . Error . condicio . votum cognacio . crimē . Cul
tus diſparitas . vis . ordo . ligamen . honeſtas . Si
ſis affinis . ſi forte coire nequibis . Hec ſocianda ve
tant . cõnubia facta retractant . Tria ſunt ex par/
te cauſe efficientis qui eſt cõſenſus ad quem cõcur
rit voluntas et racio . Contra actum racionis eſt
error . Contra actum voluntatis eſt vis ſiue violē
cia . Contra actum vtriuſqꝫ eſt condicio ſeruitu/
tis . qui impedit partim propter defectum liber/
tatis . partim propter errorem . Tria ſunt eciam
ex parte cauſe materialis . Nam matrimonium eſt
cõiunctio voluntarie introducta inter perſonas ā
tea non cõiunctas Unde cõiuncti proximitate ad
matrimonium ſunt inepti . Coniunguntur autē
quidam conſanguineitate . quidam affinitate . qui
dam publice iuſticie honeſtate que contrahitur ex
ſponſalibus per verba de preſenti . et ſic ſunt tria
impedimenta . ſcilicet cognacō . affinitas . et honeſ
tas . Tria ſunt alia ex parte cauſe formalis . quia
matrimonium eſt vinculum in quo eſt mutua po/
teſtas viri et vxoris . hec autem poteſtas impe/
ditur quando alter tradit poteſtatem corporis ſui
alij adhuc viuenti . ꝛ ſic ē ligamē . ā quia dedicauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe deo et ſic eſt ordo. Aut quia ſe mancipauit deo ꝛ
prelato. et ſic eſt votum. Tria autem vltima ſunt
ex parte cauſe finalis. Nam matrimonium eſt ad
procreandum prolem ad cultum dei . vel ſaltem in
remedium honeſtatis cõtra racionem generandi.
vel remedij eſt impotencia coeundi. Contra cultũ
dei qui eſt in fide eſt diſparitas. Contra cultũ dei
qui eſt in moribus eſt criminis enormitas. Cir/
ca impedimentum quod procedit ex errore nota .
ꝙ error poteſt eſſe circa perſonam vel circa propri
etates perſone . Error circa perſonam conſenſum
tollit . et matrimonium impedit. vt ſi credit con/
ſentire in magdalenam de qua cogitat ſenſu interi
ori. et cõſentit in margaretam que offertur ſenſui
exteriori Si autem ſit error circa proprietatem ꝑ
ſone non propter hoc matrimonium impeditur .
vt ſi credat accipere diuitem et nobilem. cuius op
poſitum poſtea deprehendit . De proprietatibus
autem perſone excipitur cõdicio ſeruitutis. que ĩ/
pedit ad cõtrahendum et dirimit iam cõtractum
Circa quem nota ꝙ triplix poteſt eſſe error cõdici
onis ſcilicet paris. vt cum ſeruus credit accipere
liberam et accipit ancillam talis error non impe/
dit Aut cõdicionis melioris. cum ſcilicet credit ac
cipere ancillam et accipit liberam . nec iſte error
impedit. Aut cõdicionis deterioris. vt cum credit
accipere liberam cũ ſit ipſe liber et accipit ancillã

talis impedit cōtrahendum et dirimit iam cōtrac
tum. niſi forte libere velit in eam conſentire.
Circa votum nō. qd' votū vt dicit Hugo. eſt teſti/
ficacio promiſſionis ſpontanee facte. que deo et de
hijs que deo pertinent fieri debet. Item. ſic votū
eſt melioris boni conceptio animi deliberaciōe fir
mata. Eſt autem duplex votum. ſcʒ ſimplex et ſo
lempne Simplex in quo non eſt in prelatum trāſ
lata poteſtas q̄ impedit cōtrahendum ſed non di/
rimit iam contractum Solempne vt votū ordinis
ſacri ſuſcepcione. profeſſionis emiſſione. et habitꝰ
profeſſorum aſſumpcione cum alijs que oſtendūt
hominem ꝓfeſſum. impedit contrahendum et di
rimit iam cōtractum. Circa crimen nota ꝙ in ſep
tem generibus criminum denegatur conubium.
Primū eſt adulterium cum vxoris occiſiōe vel mu
lieris. ſcʒ fidei dacione de ducenda vxore adultera
propria defuncta vel cum cōtractione de facto Se
cundum eſt inceſtus. Tercium eſt raptum ſponſe
alterius. Quartum eſt de eo qui inſidians matri/
monio filium ſuum de ſacro fonte leuauit. Quin/
tum eſt de eo qui occidit preſbiterum. Sextum de
eo qui occidit propriam vxorem ſiue perſequendo
culpam adulterij ſiue perſequendo naturam racio
ne odij. Septimum eſt ſollempniter penitens in
omnibꝰ iſtis diſpenſatʳ. ꝑterq̄ in ꝑmo qd' reſpicit
determinatā perſonā Nā adulteriū cum vxoīcidio

vel cum fidei dacione vel cum cõtractione de facto
reſpectu illius perſone ĩpedit cõtrahendum et di/
rimit iam contractũ. Item impõ coeundi natura
lis ſi eſt temporalis ĩpedit mr̃imoniũ cõtrahendũ
et dirimit cõtractum. Item impõ accidentalis q̃
eſt maleficiũ ſi eſt tpalis non ĩpedit. ſi perpetua
impedit et dirimit ſi p̃cedat matrimoniũ. ſi aũt
ſequatur matrimoniũ non dirimit. ſic eciam de
ſectis dicitur Ordo ſacer maior impedit contra/
hendum et dirimit iam cõtractum. Minores vĩs
ordines q̃tuor neutro modo. ſi noluerit ordinatꝰ
eccleſie deſeruire. De cultus diſparitate nõ. ꝙ in
fidelis dr̃ aliq̃ pſona q̃ caret fide. non tñ fidei ſac̃/
mento vt heretica baptiſata. Talis diſparitas ĩ/
pedit cõtrahendum et non dirimit iam cõtractũ.
ã eſt infidelis carẽs fidei ſacrõ. et talis diſpaĩtas ĩ
pedit et dirimit eciam ſi mulier ſit fidelis. quia ca
ret baptiſmo qui eſt ianua ſacramentorum. Cir/
ca vim ſeu violenciam tene. ꝙ coactio poteſt fi/
eri vi ſiue metu. Vis eſt maioris rei impetus que
repelli non poteſt. vt cum quis capitur. trahitur.
ligatur. talis vis impedit et dirimit. Metus eſt
inſtantis periculi trepidacio. Metus autem ẽ du
plex. ſcilicet leuis et iuſtus. leuis eſt que non ca/
dit in conſtantem virum. vt quando eſt parua cõ/
municacio vel per hominem parua potentem coac
cio. per hũc modũ metus non impedit nec dĩmit

Iuſtus metus eſt qui poteſt cadere in conſtantem
virum. vt quando veriſimile eſt ꝙ infert malum
is qui minatur. et talis coactio tollit cōſenſum . et
ſecundum iura impedit matrimonium cōtrahen/
dum. et dirimit iam cōtractum Circa ligamen no
ta. ꝙ quantumcumqꝫ fiat diuorcium inter con/
iuges propter crimen adulterij quantum ad tho
rum et cohabitacionē: manent tn̄ ꝑſone ſic ſepara
te inmubiles cum alijs. cum inter eos ꝙ̄ diu vixe/
ruit ambo permāneat inſolubile vinculum et li/
gamen. Circa honeſtatem publice iuſticie nota ꝙ
qui cōtrahit ſponſalia cum aliqua poſt ſeptēnium
et decedit ante cōſummatum matrimonium ex ta
li honeſtate retrahuntur conſanguinei ſponſi de/
functi a cōtractione matrimonij cum rlicta. z hec
honeſtas impedit cōtrahendum et dirimit iam cō
tractum.

## De impedimentis affinitatis et cog nacionis. lvi.

In ſpeciali primo de impedimento affinita
tis videndum eſt. Circa quam eſt notanda
triplex differencia. Secundo videnda eſt triplex
notula ſiue regula. Differt autem primo inter eē
affinem et eſſe cōſanguineum . Conſanguinitas
prouenit ex carnis propagacione . Affinitas ve/
ro ex carnali commixtione preſuppoſita cōſangui/
neitate. que ſic diffinitur . Affinitas ē ꝓximitas

perſonarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela quantum eſt de ſe ſupple. Unde ſi quis virorum cognoſcit mulierem efficit̄ af/finis omnibus cōſanguineis mulieris. et ecōtra. Secundo differt inter affinitatem genus et gra/dus. Nam genus attenditur ſecundum plurifica/cionem carnalis cōmixtionis. Gradus vero a p̄/te ſanguinis et propagacionis. propter quod anti quitus dicebatur uſus. Mutat mixta genus. ſed generata gradum. Erant enim quondam tria ge/nera affinitatis Primum erat ex ſanguineitate ꝛ prima carnis mixtione. verbi gracia. Si frat̄ tu/us cōtraxiſſet cum magdalena. illa erit tibi affi/nis in primo genere. Secundū erat ex affinitate et ſecunda carnis cōmixtione. vt ſi magdalena fra tre tuo mortuo contraxiſſet cum martino. ipſe erit tibi affinis in ſecundo genere Tercium erat ex ſe cunda affinitate et tercia corporis commixtione ꝟ carnis. vt ſi martinus defuncta magdalena : con/traxiſſet cum iohanna. ipſa iohanna erit tibi terci a affinis in tercio genere. ꝛ ſic mixta mutabat ge nus. generata vero ſiue ꝓpagata mutabat gradū Nam ſi magdalena mortuo fratre tuo ex martino generaſſet filiam. illa filia ē tibi affinis in ſecūdo gradu quaſi neptis. et non in ſecundo genere. Ho die vero ceſſant illa genera preter primum. et fi/lia ex cognata tua ex alio viro nichil dicetur tibi

attinere. et ſic tercõ differt vtruꝫ mulier affinis
generet ex conſanguineo vel extraneo . nam ſi ge
neret ex cõſanguineo : ꝓles generata attinet tibi
gradu cõſanguinitatis . ſi vero ex extraneo : ꝓles
tibi attinet gradu affinitatis . vt dictum eſt ſecun
dum iura antiq̃ . ſcdm vero iura moderna nichil
tibi attinet proles illa . Hijs viſis tres regule ſūt
ponende . quarū prima eſt . ꝙ in primo genere af/
finitatis non licet contrahere vſqꝫ ad q̃rtum gra/
dum incluſiue . ſicut et de conſanguinitate dicit̄ .
Si autē velis cognoſcere quartū gradum . ſiue qs
ſit quartus gradus : recurre ad ꝑſonam mediāte
qua affinitas eſt cōtracta . et quoto gradu diſtas
ab illa : tāto gradu diſtas a perſona cui es affinis
vt ſi cōtraxiſti cuum muliere factus es affinis cō/
ſanguineis mulieris . et quoto gradu cōſanguine
us mulieris tue ſiue vxoris : tāto gradu eſt tibi af
finis . et ſi attinet vxori tue in quarto gradu affi/
nitatis ſeu cōſanguinitatis : attinet tibi ī quarto
gradu ꝑiter et econtra . Et ſicut non liceret vxori
tue contrahere cum tali ita nec tibi Scda regula ē
ꝙ ex quo cōſanguinitas cōtracta eſt mortua perſo
na . mediante qua eſt cōtracta nichilominꝰ manet
quia ſicut vinculū cōſanguinitatis eſt perpetuum
ſic et affinitatis Tercia regula ē ꝙ affinitas ñ ſo
lū cōtrahit̄ ꝑ coitū cōiugalē . ſed eciā ꝑ fornicariū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De cognacione triplici · lvij ·

Videndum eſt de cognacione que diſtinguitur
triplex. ſcʒ carnalis. ſpiritualis. et legalis.
Et de ſingulis per ordinem eſt videndum. et p̄mo
de carnali. circa quam eſt ponenda primo triplex
diffinicio. ſcđo iūgenda eſt īplex regula. Videnđ
igitur p̄mo ē quid ſit cōſanguinitas. que ſic diffi
tur: eſt vinculum pſonarum ab eodem ſtipite deſ
cendencium carnali propagacione cōtractum. Se
cūdo videndū ē quid ſit linea. Eſt enim linea ordi
nata collectio perſonarum cōſanguinitate cōiunc/
tarum ab eodem ſtipite deſcendencium: diuerſos
gradus cōtinens. Et quia ordo poteſt attendi q̄ /
tum ad id qđ ſupra vel q̄tum ad id quod eſt infra
et ad id quod eſt iuxta. ſic tres aſſignantur linee.
quedam eſt aſcendēcium. in qua ſunt gradus iſti
pater et mater. auus et aua. proauus proaua. at
tauus attaua. Quedam eſt deſcendencium. in q̄
ſunt filius et filia. neptis et nepos. pronepos ꝓ
neptis. atnepos atneptis. Quedam eſt tranſuer
ſaliū. in qua ſunt duo fratres. filij duorū fratrū
Tercio videndum eſt quid ſit gradus diffinitiue
Gradus enim eſt habitudo perſonarum diſtanci/
um. qua cognoſcitur quota generis differencia du
e perſone differunt. ſiue diſtant inter ſe. Regula/
rum quidem duarum: prima eſt hec. ꝙ non licet

contrahere cum cõſanguinea vſqꝫ ad quartuꝫ gra/
dum incluſum. Secunda eſt ꝙ toto gradu perſo/
ne deſcendentes a ſtipite diſtant a ſeinuicem quo/
to diſtant a ſtipite. Tercia eſt qñ perſone ineq̈li/
ter diſtant a ſtipite. vt vna in ſecũdo gradu alia
in tercia linea in hoc linea conſaguinitatis et gra/
dus comparari debet ſecundum ſpecies magis r̃
motas. Circa cognacionem ſpiritualem primo vi/
dendum eſt quid ſit cognacio. Eſt autem cognacio
ſpiritualis propinquitas ſiue proximitas proue/
niens ex ſacramentali donacione vel ad illud tenci/
one. Secundo vidende ſunt eius differencie. que
ſunt tres. ſcilicet compaternitas que eſt inter pa/
trem ſpiritualem et patrem carnaleꝫ Paternitas
que eſt inter eum qui ſuſcepit et eum qui ſuſcipit̃
ſiue ſit maſculus ſiue femina. Fraternitas que ẽ
inter filium ſpiritualem et filium carnalem vniũ/
ſaliter et preciſe. Non enim ſe extendit niſi ad eũ
qui ſuſcipitur. Tercio videndum eſt quot modis
ſcilicet hec cognacio cõtrahitur. quia dupliciter ſci/
licet indirecte. vt cum aliquis fit compater alicu/
ius per actum cõiugis Directe vt cum aliquis fit
compater alicuius per actum proprium. vt quã/
do ipſe perſonaliter de fonte ſuſcipit filium alicu/
ius. Contrahitur autem hec cognacio per baptiſ/
mum cathecîſmum et cõfirmacionem. ſed per ca/
thecîſmum adeo exiliter vt vix ĩpediãt mr̃imoniũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contrahendum. non autem dirimit iam cõtractũ. Cognacio legalis eſt proximitas proueniens ex adopcione. Triplex autem oritur cognacio ꝑ ad/opcionem. vna eſt quaſi deſcendencium que attenditur inter adoptantem et filiam vel neptem ad/optatam. et inter iſtos non poteſt contrahi matrimonium. Alia eſt quaſi a latere. que attenditur ĩter filium naturalem et filiam adoptatiuã. et iſti ꝗ diu ſunt in poteſtate patris non poſſunt matrimonio copulari. Alia eſt quaſi affinitas quedam. que attenditur inter adoptatum et vxorem adoptantis. vel inter adoptatem et vxorem adoptati. inter iſtos non poteſt matrimonium copulari Nota ꝙ carnalis cognacio ſumitur penes legem naturalem. ſpiritualis penes diuinam. legalis penes humanam. prima reſpicit bonum nature. ſecunda bonum gracie. tercia bonum fortune. prima corpus. ſecũda aĩam. tercia cõiunctũ.

## Quarta pars tribus ſectionibus eſt cõtenta. Et prima de triplici differẽcia premij.

Poſtꝗ viſum eſt de bono inquantum tenet racionem meriti. videndum eſt de bono in/quantum tenet racionem premij. Circa quod tria ſunt videnda. ſcilicet triplicis premij differẽcia

vie expedientia gaudij ſufficiencia. Quantum ad
primum tenendum . ꝙ triplex premium legitur
in ſcriptura. ſcilicet premium qd̃ dicitur aurea .
Secundo premium qd̃ dicitur aureola Et premi/
um qd̃ dicitur fructus Aurea eſt merces incorrup
tibilis in eterna veritate et bonitate . Comꝑatur
autem talis merces auree ꝓpter tria . Aurea enī
eſt corona de auro . corona autem debetur filio re/
gis in qua eciam quantum eſt in ſe non eſt repe/
rire principium neqꝫ finem . et materia de qua
eſt. ſcilicet aurum Aurum inter cetera metalla eſt
maxime incorruptibile. premio igitur qd̃ dicitur
aurea : premiantur qui tranſeunt ad regni heredi
tatem . ad dei eternitatem. ad ſui incorruptibili/
tatem . hoc autem premium debetur cuilibet vir/
tuti et maxime redditur caritati et alijs virtuti/
bus racione caritatis Nam ſi finalis caritas amit/
tatur : illud premiū nulli ea carenti ac cuicumqꝫ
alteri virtuti datur ſiue redditur . Aureola vero
eſt gloria incorruptionis ſecundum ꝑfectiſſimum
actum trium virium anime in corpore ſiue in car
ne operantium . Tres quippe naturales potencie
ſcilicet Racōnalis. iraſcibilis et cōcupiſcibilis. in
actus perfectiſſimos reſpectu carnis egrediuntur
informate tribus virtutibus. ſcilicet prudencia .
fortitudine et temꝑancia . Temperancia habet
ſuum ꝑfectiſſimum et difficilimum actum qui eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſemper ſeruare carnem ſuam integram abſq̄ om̄i
contagione veneree actionis qđ faciunt virgines.
Fortitudo habet ſuum actum difficilimum quē
in corpore tranſfigit et exercet mediāte carne vt ē
mortem ſuſtinere ꝓ iuſticia et veritate qđ faciunt
martires racōne cuius debetur eis aureola marti
rum. Prudentia eciam habet actum difficilimum
quē tranſfigit et exercet in carne q̄ aggrauat ani/
mam et hic eſt docere alios in fide et moribus qđ
faciunt doctores racōne cuius debetur eis aureola
Aureola igitur virginum eſt gloria. de incorrup/
tione carnis atteſtante incorruptione mentis.
Aureola martirum eſt gloria de inuicta ſuſtinen/
tia mortis. vſq̄ adeo ꝙ aliquis ꝑſeuerauerit vſq̄
ad mortem pro fide et iuſticia pacienter. Aureola
predictorum eſt gloria de firmitate doctrine ad al/
terum ꝓlate. verbo. mente et exemplo. de hac Thi
mo. quarto dicit[2] Que eſt ſpes noſtra vt gaudium
noſtrum aut corona glorie nonne vos ante deum.
In ſignum huius triplicis aureole debite tribus
generibus ſaluandorum premittuntur in aliqui/
bus eccleſiis antiphone beate marie verſiculi pro
virginitate Antiphone beati pauli pro predicati
one. beati laurencii pro martirio. ¶ Et nota ꝙ
pro q̄tuor datis maximis. q̄ dat homo iuſtus deo
ab eo recipit quatuor dona maxima Nam ꝓ bona

voluntate informata caritate auream ſumit. ꝑ bo
na doctrina fidei et morum predicacione aureolã
ſumũt. et ſic tercio martires. et quarto virgĩes ſu
am. Premium quod dicitur fructus attendit̃ ſecũ
dum vnum predictorum. ſcilicet ſecundum conti/
nenciam virginalem. et diuerſificatur fructus ſe/
cundum ꝙ diuerſificatur continencia. Eſt autem
continencia cõiugalis abſtinens ab omni coitu il/
licito. non tamen ab oĩ coitu Huic reſpondet fruc
tus triceſimus . in quo eſt denarius . qui eter/
na ſignat. et ternarius triũ bonorum cõiugij. ſcili
cet prolis. fidei. et ſacramenti. que ad denariũ re/
feruntur. Eſt eciam continẽcia vidualis abſtinẽs
in carne corrupta ab omni coitu reſpectu tẽporis
et perſone cuiuſcumqꝫ a poſteriori tantũ. cui rſpõ
det fructus ſexagenarius in quo eſt denarius eter
na ſignans et ſenarius opm in quibus ꝓpter de/
narium eternorum debent vidue exerceri ſecũdũ
aplm̃ p̃ma. Thimo. v. quarum opus primum eſt
reddere vicem parentibus. ſcdm eſt inſtare et ob/
ſecrare oracionibus. Tercium eſt filios educare.
quartũ eſt pauperes in hoſpicio recipere. quintũ
pedes ſanctorum lauare. ſextum eſt tribulatis ad
miniſtracionem impendere. Eſt tercio cõtinencia
virginalis abſtinens in carne ĩcorrupta ab omni
coitu reſpectu cuiuſlibet temporis et perſone. cui
reſpondet fructus centeſimus. q̃ conſtat ex denaĩo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex ſe ducto. Iſte quidem competit virginibꝰ. qui in terra manentes angelicam ducunt vitã. et tantum ſibi interius vacant propter bonum eternuꝫ quod eſt denarium in ſe ducere. Caſtitas cõiugal' bene excolit terram ſuam. viduales melius. optime virgines. Et nota ꝙ cum virginitas ſit ĩ carne corruptibili perpetue incorrupcionis meditacio: virginitas tria dicit. Primum eſt abſtinencia ab omĩ coitu illicito. ſecundum eſt ab omĩ coitu licito. tercium eſt integritas mentis et carnis. quãtum ad primum dicit virtutis habitũ. huic debet' aurea. quantũ ad ſecundum dicit virtutis ſtatũ. huic debetur fructus centeſimus. quantũ ad tercium dicit decorem. huic debetur aureola. Fructꝰ autem in virtutibus detminant ante ſe aureã. aureola vero preſuppõnit aureã Voluntati eĩ cõtinẽdi propter deum debetur aurea. ſed cum additur in carne incorrupta ſuperadditur ei aureola quia ſic eſt cõtinencia in ſuo ſummo. vlterius cum additur reſpectu cuiuſlibet temporis et ꝑſone debet' ei fructus cẽteſimuꝫ.

De expediencia ad premiũ. ij.

Sequitur videre de hijs que animam expediunt ad glorie complementum. Retardat' enim anima exuta quãuis gracia finali informata: dupliciter. ne totaliter feratur in deum ſcilicꝫ ꝑpter cremabile quod ſecum tulit. z ꝑpter corpꝰ

ſorium quod dimiſit. Contra primum expeditur
per eccleſie oraciones et ſuffragia viatorum. con/
tra ſecundum expeditur per cōſummacionem iuſ
titie ſiue per remuneracionem corporum reſump
torum. Primo igitur videamus qualiter aīabus
in purgatorio retardatis : valeāt ſuffragia viato
rum. et poſtea de reſurrectione mortuorum. Pro/
ſunt autem ſuffragia eccleſie defunctis. non qui/
buſcumqꝫ ſed mediocriter bonis. vtpote illis qui
ſunt in purgatorio. non valde malis. vt illis qui
ſunt in inferno. nec valde bonis vt illis qui ſūt in
paradiſo. ſed pocius eorum oraciones et merita ec
cleſie ſuffragantur. quia nobis adhuc miſeris mul
ta per eos beneficia impetrantur. Proſunt autēꝫ
ſuffragia ſic impenſa ſecundum maius et minus
vel pro diuerſitate meritorum in mortuis. vel ꝓ
ſollicitudine caritatis in viuis. Proſunt inqꝫ ad
penariam mitigacionem vel celeriorem liberacio/
nem. prout diuina prouidencia voluerit diſpenſa
re. Suffragia autem iſta precipue ſunt. ſcilicꝫ ſa
crificium. oracio. elemoſina. ieiunium Cum autē
per diuina munera. et propria merita necnon a/
liena ſuffragia anime tranſierunt ad gloriam an
gelorum. adhuc tamen ſecūdum ſanctos propter
naturalem inclinacionem ad corpus a cōtemplaci
one plena et fruicione perfecta retardantur. Vn/
de videndum eſt de reſurrectione. de qua tene. ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnium hominum corpora reſurgent in generali
iudicio. Non obſtante in eis diſtancia quantum
ad ordinem temporis ſed pocius ad ordinem dig/
nitatis. mali enim non in melius mutabuntur.
ſed in bonis natura ſeruabuntur. et vicia detra/
hentur. Omnes quippe reſurgent in corpore inte/
gro. plena etate et debita membrorum menſura
et eiſdem corporibus numero. et eiſdem partibus
conſtitutis. ſalua totius veritate nature. nō ſolum
quantum ad membra principalia et humiditatem
radicalem verū eciā ſaluis capillis et mēbris cete
ris q̄ ad corporis decenciam ꝑtinebunt. ita ꝙ in
quacumqꝫ partes ſiue arreas puluis humani cor/
poris diſperſus fuerit: ad eandē animam redibit
q̄ ipſum prius vt viueret et creſceret: animauit
Et quia electi debent eſſe conformes primogenito
mortuo. ſcilicet domino iheſu xpriſto in quo null9
fuit omnino defectus: neceſſe erit qđ ſi aliqđ mem
brorum deerat ſuppleatur. ſi aliqua ſuꝑfluitas
inerat auferatur et ſi aliq̄ membrorum deordinatio
corrigatur. Si ꝑuulus erat ad quātitatem etatis
xpriſti quā habebat ꝑuulus in rōne. ꝗuis non in
mole virtute diuina deducatur. Si decrepitus ad
xpriſti etatem deueniet Si gigas excedens ſi gna
nus deficiens ad menſuram congruā limitabitur
vt ſic omnes ſancti integri et perfecti occurrunt
in virū ꝑfectū in menſura etatis plenitudīs xpi

Erunt autem in corporibus electorū quatuor cō/
diciones nobiliſſime. que dicuntur dotes in q̃bus
cetera bona ĩcluduntur. que quidem dotes ſunt a/
gilitas. claĩtas. impaſſibilitas. ſubtilitas. que ſic
perficiunt corpus ꝙ ipſum ordinant ad anime ac
cionē que duplex eſt. ſcꝫ cognicō et dilectio Clari
tas ordinem habet ad cognicōem. Alie tres ad di/
lectionem. Conſiſtit autem dilectio que eſt delec/
tacio magna in coniunctione cōuenientis cum con
ueniente. Eſt igitᷣ agilitas vt anima cōiungatᷣ de
o. Impaſſibilitas vt nō retrahatᷣ. ſubtilitas vt ni
hil interponatur inter diligentem et dilectū. Po
teſt aūt ſufficiencia ſic ſuĩ ſcd̃m cauſam materialē
Corpus humanū quatuor habet defectus propter
quatuor elementa ex q̃bus cōſiſtit Ab aqua habet
paſſibilitatem: que eſt elementū fluidum. contra
hunc defectum habet ĩpaſſibilitatē. A terra habet
opacitatem. cōtra quam habet claritatē. Ab igne
qui cōſumit: habet animalitatē. ſcd̃m quam indi
get alimonijs. et reddit ponderoſum. cōtra quem
defectum habebit agilitatē. Ab aere qui cedit cuili
bet impellenti: habet infirmitatē. cōtra quā ha/
bebit ſubtilitatē ſiue penetrabilitatez per quā cor
pori glorioſi erit peruium omne durū. Patet eciā
ſufficiencia aliter. Nā cū ſcd̃m aliquos ĩ corpe no
ſtro natura ſit celeſtis conſilians. et elementaris.
modo elementaris predominatur. ſed poſt dñabitᷣ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celeſtis q̄ eſt natura lucis. et hec erit ſicut forma cō
pletiua corporis Et quia lux habet iſtas quatuor
proprietates ſicut patet in radio. ſcꝫ claritatē q̄ il
luminat. impaſſibilitatē. quia nichil eam corrū/
pit. Agilitatem quia ſubito ſpaciū pertrāſit pene
trabilitatem quia omnia intrat. Ideo predn̄ante
in corpore noſtro humano iā glorioſo natura iſta
habebit proprietates cōſequentes ipſam. Itē no/
ta ꝙ dotes corporis habent eſſe ab īfluēcia anime
in corpus. Aīa autē influit in corpus dupliciter.
ſcilicet vt perfectio ⁊ vt motor Vt perfectio anima
glorioſa influit viuificādo vita īmortali Vt motor
influit mouēdo motu infatigabili. qꝛ igitᷣ viuifi/
cat vita neceē eſt ēē in corpe diſpoſicionē ad vitā hn̄
te. Et hec eſt lucis habundancia et claritas. qꝛ ve
ro vita īmortali neceſſe eſt corpus habere diſpoſi/
cōem ad īmortalitatē. et ita eſt īpaſſibilitas. quia
vero motu infatigabili mouet iō oportet ꝙ nichil r̄
ſiſtat. et ideo ſubtilitas. oportet eciam ꝙ nichil re
tardet. et ſic agilitas. Auguſtinus de ciuitate dei
xxij. Aberit a corporibus noſtris omnis deformi
tas. oīs infirmitas. oīs tarditas oīs corruptio. ō
nis deformitas per claritatem. oīs tarditas ꝑ agi
litatē. oīs infirmitas per ſpūalitatē. oīs corrupci
o per īpaſſibilitatē. i. Corin. xv. Seminatᷣ in cor
ruptōe reſur. in incor. ecce īpaſſibilitas. Semina
tur in ig. reſur. in gloria. ecce claritas. Seminatᷣ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in infirmitate ſurgꝫ in ỽtute. ecce penetrabilitas
Seminat᷑ animale. ſurget ſpūale. ecce agilitas.

De ſufficiencia gaudij. iij.

TAm ad gaudij ſufficienciam eſt ultimo trā/
ſeundum. quare nota ꝙ gaudium ſufficiēs
ꝑficit᷑ in tribus dotis aīme. que ſunt apta viſio ſū
mi veri. ſecura tencio ſūmi ardui. perfecta dilecti
o ſūmi boni. In ꝑmo perficitur rōnalis. in ſecun/
do iraſcibilis. in tercio concupiſcibilis. primum
eſt premium fidei. ſecundum eſt premiū ſpei. terci
um eſt premiū caritatis. Sunt enim quidam ter/
narij in ſuperiori facie aīme. quibus ab ymo ſui ꝑ
uenit et quieſcit vſqꝫ ad ſummū dei. Sunt autem
tria ſubiecta ſcꝫ tres potencie naturales. ſcꝫ ratio
nalis. cōcupiſcibilis. iraſcibilis. que tanꝙ funda
menta bonis ſpūalibus ſubſternuntur. Sūt eciā
tres habitus virtutum theologicarū. ſcꝫ fidei. ſpei
caritatis. que a deo gratis ad informacionē triū
viriū predictarum infunduntur ꝛ quibus ipſe po
tencie diriguntur. Sunt eciam tres actus qui a ꝑ̄
dictis potēcijs mediantibus tribus habitibꝫ ſuꝑ̄
dictis ſcꝫ virtutibꝫ theologicis eliciunt᷑ ſcꝫ credere
aſſenciendo ſūme veritati propter ſe et ſuꝑ oīa.
Diligē complectendo ſūmam bonitatē propt̄ ſe et
ſuper omnia. Sunt tria obiecta que ad tres actꝫ
egredīetes a tribus potencijs virtute trium habi/
tuum terminantur. Iſta autē obiecta ſunt veritas

increata. maieſtas ſūma. et bonitas immenſa. ita
ꝙ ſummū verum eſt obiectum fidei. ſūmū arduū
eſt obiectū ſpei. ſūmū bonum eſt obiectū caritatis.
Verū inq̄ ſub rōe veritatis. arduum ſub rōe ar/
dui. bonuȝ ſub raciane boni. et reſpiciunt hec oīa
ſtatū et meritum viatcrū. Sunt cciam tria p̄mia
ſcȝ cognicio ſiue intelligencia veritatis infallibil'.
poſſeſſio ſiue perman encia dignitatis inamiſſibi
lis. dilectio ſiue complacencia bonitatis infaſtidi/
bilis. et ſic poteſt colligi ex predictis ꝙ in gloria
celeſti erit t̃plex p̄miū. ſcȝ ſubāle. cōſubāle et acci
dentale. Subſtanciale ex parte anime cōſiſtit ī de
i viſione aperta. dei tencione ſecura. dei dilectione
perfecta. et hoc eſt prima ſtola. Conſubſtāciale ex
parte corporis cōſiſtit in claritate. in impaſſibili/
tate. in agilitate. et ſubtilitate. et hec eſt ſecūda ſto
la. Accidentale conſiſtit in tribus aureolis. que n̄
ſunt omnium ſaluandorum.

¶ Explicit dn̄i Bonauenture centiloquium
opus ꝑutile ʒwollis impreſſum. deo grās

Pr. Th. II. 109

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf